ergo non solum inter angelos diversorum ordinum, sed inter angelos eiusdem ordinis contingit ordinem assignare. Item sapientis est ordinare, et magis sapientis magis ordinare; ergo et maxime sapientis in eius effectu nobilissimo est res maxime ordinatas producere. Ergo videtur quod non solum sit ibi ordo inter angelos ordinum diversorum, sed etiam inter angelos eiusdem ordinis. Item Lucifer dicitur fuisse maximus inter omnes angelos, et constat quod de aliquo ordine fuit. Ergo angeli illius ordinis non erant sibi equales in perfectione. Videtur quod in aliis ordinibus alii sint superiores, alii inferiores. Contra. Dicendum quod sicut in suprema ierarchia propter summam perfectionem reperitur plenitudo cum perfectissima equalitate et similitudine ~~par~~ parium, sic in angelica ierarchia reperitur plenitudo perfecta in genere creature cum quadam graduatione disparium. In hiis enim duobus modis consistit plenitudo et convenientia, sicut dicit Augustinus de civitate Dei xi. Sed in suprema ierarchia ex sola similitudine et equalitate potest esse perfectissima plenitudo, quia in singulis personis est equalis et omnimoda et summa perfectio. Angelica vero ierarchia, quia illi spiritus qui coordinantur non habent singillatim summam perfectionem, necesse est ex eis convenienti diversitate et quadam proportionali graduatione congregari quandam convenientiam ordinatam et quandam plenitudinem in genere creature perfectam. Et ideo sicut in sanctis videmus quod unus est ordo apostolorum, alter martyrum, alter confessorum, et sic de aliis, et tamen in hiis ordinibus est graduatio quedam, nec potest omnimoda reperiri equalitas, cum de quolibet sancto dici possit: non est inventus similis illi qui conservaret legem excelsi, sic suo modo intelligendum est in spiritibus angelicis. Ideo et in eodem ordine ponenda est quedam graduatio et quidam ordo, licet non sit tantus excessus quantus reperitur in angelis ordinum diversorum. Propter hoc rationes hee probantes concedende sunt, quamvis non sit multum curandum(?), sed enim videtur multum sentire tam magister textus quam Dyonisius de angelica ierarchia. Ad illud quod obicitur quod coequales(?) sunt, dicendum quod equalitas illa potest attendi vel accipi secundum conformitatem conversionis(?) secundum quod attenditur differentia ierarchie ab aliis; sic ipsa ierarchia et ordines qui sunt in illa accipiuntur penes actum conversionis in divinum, quia omnino equaliter conveniunt. Sed quia ad hoc indifferenter omnes ordinantur principaliter, ab isto actu omnes denominantur. Ad illud quod obicitur quod convenientia fuit plenitudinem, dicendum quod sicut videtur dicere Augustinus, convenientia non tantum surgit ex equalitate, sed etiam ex dispari congruenti graduatione, et sic in angelis intelligendum est etc. Ad illud quod obicitur quod habent commune et proprium, dicendum est quod si intelligatur de proprio communi et creato, quod dicit verum est. Si autem intelligat de beatitudine creata vel de donis gratuitis quantum ad statum

et dignitate et prerogativa aliqua, sic non habent ... Sic enim quilibet superior altius aliquid habet prerogative secundum plus et minus. Ad illud quod obicitur quod hec ierarchia representat summam etc., dicendum quod representat in quantum potest. In illa suprema ierarchia sit ordo cum perfecta plenitudine, summa unitate et equalitate; et hec in ierarchia creata non possent simul concurrere propter limitationem creature, ideo est ibi ponere ordinem et plenitudinem cum diversitate et quadam disparitate, ut quod non potuit secundum extremitatem, saltem impleret ex plurium diversitate. Filius enim quia deus est, habet unum filium, non tamen produxit unum solum angelum sed multos, quia filius perfecte implet patrem et unitatem ut dicit Augustinus. Sed angelus perfecte non exprimit creatorem, ideo creavit eos creator in multitudine magna, ut in multis sit ordinem.

Quarto queritur de ordinibus angelorum in comparatione ad suum dispositionem(?), et est quod utrum aliis ordinibus rationabilibus quam angelis competit per ordines distingui, et quod sic videtur. Sicut enim in angelis est preexcellentia naturalium et gratuitorum, ita et in talibus rationalibus. Ergo si penes hec attenditur ordo in angelis, pari ratione in talibus existit. Item sicut divina bonitas et sapientia manifestatur in conditione angelorum, sic et in conditione spirituum humanorum. Ergo sicut facit angelos in diversis ordinibus, ita videtur quod faciat homines. Item ad reparationem ruine angelice ex diversis ordinibus homines assumuntur; ergo eisdem gradibus et eisdem ordinibus ordinabuntur in gloria quibus ordinabuntur et angeli. Ergo videtur quod non solum angelis sed etiam hominibus competat. Item ordo est in ecclesiastica ierarchia, et ordines varii, cum tamen ipsa ecclesiastica ierarchia ex puris hominibus constet; ergo videtur quod homines nati sint ordinari. Ad oppositum arguitur sic: si ita competit ordo hominibus sicut competit angelis, ergo sicut angelorum ... novem ordines assignantur, ita videtur quod hominum, vel saltem erunt x et octo(?), quod tamen non ponitur. Item omnes homines ex uno homine processerunt, ergo videtur quod ... sit pares. Ergo non videtur quod hominibus competat ordo per naturam. Quod si tu dicas quod competat eis per gratiam, contra: gratia presupponit naturam. Ergo ordo gratie ordinem nature. Ergo si nullus est ordo nature, nec gratie. Item ordines angelorum distinguuntur penes vitam contemplativam et vitam ministrativam; sed in talibus existentibus non est ponere vitam administrativam. Ergo nec ordinum distinctionem. Item si ponitur ordo in gloria, ponendus est ordo [illegible] ordinibus repertis in via. Ergo cum in clero sint multi ordines et in religiosis etiam sit multa ordinum distinctio et in sanctis multi ordines, ut ordo patriarcharum, prophetarum, apostolorum etc., videtur quod multo plures erunt ordines hominum quam angelorum. Contra. Dicendum quod cum ad perfectam rationem ordinis concurrat preexcellentia naturalium et gratuitorum et correspondentia ... solum ... est ponere ordinum

distinctionem

distinctionem in quibus est hec duo sil[iceet] continentia reperiuntur. Quamuis uero in angelis gratiam corrispondeat uel creati sunt in illum prexellentia sub[tilitatis] indifferenti eorum progratiui. Et hinc est quod apertius est in eis ordo constitutus. maius cum illa prexpertia. i. in hac stabilitate permanentia, et distinctione quod nullam admittit confusionem. In hominibus uero et si sit reperitur prexellentia in naturalibus et in gratuitis: tamen hec duo ut plurimum sibi non correspondent. quia qui melior est natura fuit minor est gratia. et qui hodie minor est in multo tenuis fortassis est maior in hominibus. secundum statum presentem non est proprie ordinum distinctio secundum eternitatem aliquo modo secundum auctoritatem et officia, et status professionum ordinet ecclesia. dd. est quod quod pater et parte in solis angelis ponenda est distinctio ordinum: in hominibus uero et si aliquo modo reperiatur in presenti reperitur imperfecte et incerte. In futuro uero quamuis reperiatur stabiliter: non tamen reperitur undique. ut sic opportebat eos qui precellunt in gratia precelle in hierarchibus propter ipso ad homines adunandum pertinent. uel aut probantes quod non solum angelis competit ordo secundum adunatione secundum gloriam complectorum sicut perfectorum sicut semiplenum. homines uero ad opposita ostendentes quod in hominibus nisit ordo precedunt alia uia. non enim concludunt quod nullus sit in ordo. sed quod ipsa non habet tantam ordinum distinctionem quantam habet angelica quod habet solum in persona quadam conformitatem ad illam. et illa tamen non concludit non est in ordo pro. Et non per gratiam sicut enim non operatur gratiam ad eam. Et non operatur ordines gratie presupponit ordines in natura. quoniam gratia presupponit naturam. sicut accidens presupponit subiectum, et quia est natura hominis gratia angelorum. quamuis non sit eadem species cum eorum. et sic in nobis erit ordinum distinctio quoniam attendetur conformitate ad ordines angelicas. non oportebit plures et nouos ordines ex hominibus esse fortassis decimum qui ad angelorum perfectionem non potuit peruenire. hoc tamen quod nunc dictum est dubium est et magis non uidetur acceptandum. quamuis sic supra dictum fuit uideatur satis probabile sed tamen illa uero est de VI. ministratiua. quia in distinctione ordinum magis considerat statum gratie quam oppositio alie pertinet. Ceteri

is manifesta sunt ea que tanguntur in littera. sed solum sufficiat ad presens exponere de nomine seraphin. aliud enim in scriptura legitur seraphin per .n. et tunc est pluralis numeri et neutri generis et significat totum angelorum illum ordinem. alium uero scribitur per .m. et tunc est pluralis numeri et masculini generis. et significat angelos in illo ordine constitutos. alium legitur seraph, et tunc est singularis numeri et masculini generis. et significat angelum illius ordinis. unde uersus. Hoc seraphin dicas. hic seraphin seraph. dicas illum. Similiter de cherubin. dic cherubin sanctos. cherubim tamen. sic cherub. almus.

Post hec etiam inuestigandum est et cetera.

Supra egit magister de consequentibus confirmatis angelorum quantum ad distinctionem ordinum. Hic uero parte agit quantum ad ministerium: quoniam ministerium respectum habet et ad eum qui ministrat. et ad eum cui ministratur. ideo presens distinctio duas habet partes. In prima determinat de ministerio angelorum quantum ad ipsos angelos ministrantes. in secunda uero determinat per comparationem ad homines quibus ministratur. in d. xi. Illud quoque sciendum est et cetera. prima pars quoniam querit quibus angelis competit ministrare sive mitti. habet tres partes. In prima ponit diuersas oppiniones cum suis confirmationibus. In secunda uero parte mouet dubitationes et determinat ibi. Hic oritur quod si omnes mittuntur et nuntii dei existunt. In tertia uero parte illas duas oppiniones reducat ad quandam concordantium formam. quia. existentibus duabus oppinionibus unam sumit utrinque mediam ibi. Alii uero dicunt tres ordines supremos et cetera. hac partium subdiuisiones manifeste sunt in littera.

Continentia huius partis in adiectione quo circa circa primam quod est utrum omnes angeli mittantur:

primo queritur ad quod mittantur.

secundo quomodo aliud illud officium exequantur.

circa primum queruntur duo.

primo quare utrum aliqui angeli mittantur

secundo quare utrum omnes mittantur.

Circa primum sic proceditur. et ostenditur quod angeli mittantur. Luce. i. missus est Gabriel angelus a deo in ciuitatem et cetera. et in pluribus aliis scripture locis. Item angelus nomen est nuncii et officii. sicut dicit glossa. super illud psalmi. qui facit angelos suos spiritus. Et si uere et proprie dicuntur angeli uere et proprie sunt nuncii. Et si nuncii ergo mittuntur et cetera. Item contra aliquis habet maiorem auctoritatem eo solicitior est ad eum quem potest iuuare. sed angeli habent perfectam caritatem et positum in dignitate sublimi uare. ergo uidetur quod sint solliciti nos adiuuare. sed hoc non facerent ipsa audere sed dominum. ergo uidetur quod mittantur a domino. Item angeli quantum ad situm et dignitatem sunt medii inter nos et deum. ergo uidetur quod ad deum ferant petitiones nostras et a deo nobis reuelationes referant diuinas. sed hoc est proprium nunciorum. ergo et cetera.

Contra. frustra mittit quis nuncium uel ipse per se potest et melius potest facere per se ipsum. Sed sic deus presentialiter est et omnia potest facere per se ipsum. ergo frustra mittit deus angelos. sed ipse nichil facit frustra. ergo et cetera. Item deus pater misit filium et spiritum sanctum. ad procurandum nostram salutem. aut ergo sufficienter procuratur salus nostra per filium et spiritum sanctum. aut non. si sic ergo in perfecte mediator est filius et et spiritus sanctus. quod dicere est blasphemia. si sic. ergo et cetera. Item deus per se misit eum angelos mittit ad nos. aut ad nos consistit

[illegible]

Incipit xiii

aut non. si non. ergo frustra mittitur. si sic. cum non possit simul et semel moveri diversis motibus: ergo desinit esse actus. Item videtur ex hoc generaliter angelo preiudicium. quia motus quo angelus fertur erga celum. sive cavus motus quo movetur in diversis quo movet ipsum. ergo secundum cavum motus angelus cum ad deum assistit. quod cum nobis ministrat. sed cum minuitur fervor dilectionis minuitur fervor devotionis. ergo missio angelorum ad nos diminuit servi fervorem caritatis et dilectionis. quod est inconveniens.

Item hic ipsum videtur: anima quamvis habet plures potentias. tamen quia illa potentia in una sua sufficienter iudicat, cum intendit uni: remittit alia. ergo pari ratione in angelis, cum angelus sollicitatur circa ea que sunt virtutis ministratio, minuitur eius contemplatio. ergo et dilectio. Item angelus bonus locatur in celo empyreo tamquam in loco sibi congruo et deputato. ergo appetit ibi esse. si ergo egreditur ex empyreo, eius appetitus erit in eo incompletus. ergo videtur quod missio in angelis parat incompletionem. Sed cum angeli boni sint in statu omnimode perfectionis. videtur quod nulla modo competat eis mitti.

Respondeo dicendum. quod absque dubio boni angeli ad nos mittuntur a deo. et si de hoc possit assignari plurime rationes, una tamen potissima summitur ex lege caritatis. Hec enim missio concordat caritati divine et caritati angelice et humane. caritati divine quia in hoc manifestat divina bonitas quod nostram salutem diligit, dum nobilissimos spiritus quos ei tamquam caritate intrinsece diligit et tamquam mittit ad procurandam salutem nostram. Et competit etiam caritati angelice. cum enim caritas angelorum sit maxime desiderare aliorum salutem, ob hoc est dicere domino sicut dicit Ysayas: Ecce ego domine mitte me. Et angeli possunt nos iuvare, pro eo quod videt nos suo auxilio indigere et malos angelos nos indesinenter impugnare. Ideo quod ad nos mittantur, lex exigit caritatis angelice. Competit etiam hec caritati humane, quia cum parvula est, quamdiu sumus in via, indiget foveri et nutriri et excitari. et quoniam angeli sunt concives hominibus. cum non sit eis conveniens per visitationem istam, que excitat ad amorem, optime congruit per obsequium beneficientie. Unde rationes ad hoc inducte sunt concedende.

Ad illud ergo quod obicitur in contrarium. quod deus nobis presens est. dicendum est quod quamvis deus sit presens, tamen propter necessitatem et caliginem intellectus nostri quamdiu sumus in hac vita, cognoscimus ut absentem. Et quia illi spiritus propter claritatem luminis et beatitudinis perfectionem semper vident deum facie ad faciem, et sunt ei presentes, quasi ad nos illi qui sunt in camera regis, indigent huius qui sunt extra regis notitiam, et ideo mittuntur a suo domino. sic in illud est in proposito. Non valet quod dominus per se faciat. quia non decet ad hoc mittere nuntium. per illum per se

per se facit. quia tamen minus congruit suo auctoritati: ut salvet immissio et actionibus decet et congruus ordo.

Ad illud quod obicitur quod filius et spiritus sanctus sufficiat per quam salvarentur, dicendum quod et si sufficiat, per quam fit eis servitium non tamen excludunt nostri arbitrii libertatem. Adiutores enim dei sumus, sicut dicit apostolus, et quia nostrum arbitrium pigrum est et non bene gratie cooperatur, ideo indiget excitatione. Ad hoc autem nullus est magis idoneus quam sit angelus, et ideo congruens est ad nos mitti. non propter indigentiam perfectionis salutis nostre ex parte filii vel spiritus sancti, sed propter negligentiam cooperationis ex parte nostri.

Ad illud quod obicitur quod simul est erga nos, non ergo erga deum. dicendum quod illud dupliciter procedit. primo quidem quod non movetur erga nos nisi propter deum. cum motus eius non geserit in nobis. sed nos semper refert ad deum. et ideo motus iste non aufert motum in deum. sed potius disponit ad illum. Aliud etiam est quod quamvis una sua virtus possit simul et semel non possit se convertere ad diversa. potest tamen per diversas sua operatio sive per gratiam perfectam, cuius modi est gloria. Unde angelis simul et semel et de nobis cogitat et de deo. sic sunt in eis actus beatitatis et per hoc patitur duo sequentia. scilicet deo communicate fervorem caritatis et remissione actionis virtutis agentis. Sed non est verum quod una conversio impedit alteram. quod quod non est in congruo sic manifestum satis clarum est intelligenti qui per hoc capit. quo modo anima beatificata simul et semel intelligit multa.

Ad illud quod ultimo obicitur. dicendum quod sic infert. Ultima est locus non debet angelo propter eius necessitatem vel indigentiam. sed solum propter quandam congruentiam. Hic autem congruentia compensatur utilitate. potest ipsum locum, et potest per maiorem. Et ille utilitate potest ipsum, vel in decentia sui ipso absentia. Et sic est in proposito. plus enim delectat angelus in ipso voluntate domini sui et salvando homines placere deo, quam delectatur esse in empyreo.

Ad quartum utrum omnes angelorum sint mitti. et quod non. dicitur distinctio inter ministrantes et assistentes. Quod non omnium est ministrare. ergo non mitti. Item Dyonisius in libro de angelica ierarchia dicit illa agmina a bitimis numquam recedunt. quoniam ea comminuet usum exterioris officii non habent. Item videtur plus distat actus ministrandi ab actu assistendi. quod ministerium a ministerio. Sed hoc patet quod penes paria distat sit distinctio ierarchiarum. penes paria sit distinctio ordinum. Sed ergo per diversos ordines distincta sunt ministeria, unius ordinis ministerium alterius ordinis non assumat. videtur quod aliqui ordines angelorum ita contemplationi assistant, quod administria complenda non admittantur.

Dilectio

Pater

Responsio

Quod angeli mittuntur patet hic manifestatur divina bonitas. angelica caritas et hic perfecta congruit. humana necessitas. quod ipsorum ... ut ... demonum perversitas ... [illegible]

Solutio

[illegible] quod angelos bonos sit rixa et discordia. quod Daniel .x. dicitur quod ... pugnabat in medio maris ... [illegible] ... angelice caritati ... [illegible]

Ad .x. Danielis: princeps Persarum restitit mihi [illegible] ... [illegible]

[illegible]

Item ex quo ... angelorum ... [illegible] ... Job .xxx. ... Danielis .x. ... [illegible]

n creant. Item maior est ordinatio in ierarchia angelica quam sit in ecclesiastica, in qua aliqui in ecclesia contemplativi qui non activi, quod multo fortius videtur esse in illa superna. Sed non omnium angelorum est ministerium ad exteriora. Arguitur sic per apostolum, heb. 1. Omnes administratorii spiritus sunt, missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Item ysa. vi. volavit ad me unus ad me de seraphin. Sed secundum ordinem seraphin missus fuit ad ysaiam prophetam. Sed constat quod ordo de seraphin est ordo supremus. Ergo si ille mittitur, videtur quod omnes alii mittantur. Item ratione videtur, quia dilexit salutem nostram et misit filium et spiritum sanctum. Sed non fecit nisi quod decebat. Ergo similiter ad nos non denegat filius quod non denegat alicui angelo, ergo videtur omnibus competere. Item de hominibus assumuntur ad omnes ordines angelorum. Ergo si quilibet angelus debet numerum sui ordinis reparare et nos debet adiuvare, mitteretur quod omnes angeli aliquando ad nos mittantur. Item caritas angelorum eminens facit eos sollicitos esse de nostra salute et propter hoc ad nos venire divina iussione. Sed in supremis ordinibus est maior caritas. Ergo et maxime nostram salutem procurent. Sed hos maxime debet deus ad nos mittere propter quod maioris est caritatis ad iuvandum quod sit necessaria ad nos. Sed si ab angelis contrariis de omnibus ordinibus impugnamur, multo fortius videtur quod ab angelis ~~angelis~~ persistentibus de singulis ordinibus adiuvemur. Sed si ad hoc mittuntur ut nos adiuvent, patet etc. Ad hoc dicendum quod sicut magister dicit in littera, diverse sunt opiniones propter diversas auctoritates quae videntur sibi contrarie. Unde quidam adherentes gregorio, et intelligentes eas ad litteram, alias vero exponentes, formaverunt sibi ~~opiniones~~ opiniones varias. Quidam enim dixerunt quod soli angeli ultime ierarchie ad nos mittuntur, et dicunt hanc sententiam dyonisii, non esse contra apostolum, quia illa dictio quam facit apostolus intelligenda est ex accommodatione, cum dicit omnes sunt administratorii etc. Intelligit de illis qui sunt de ultima ierarchia, quia in exposicione sua in textu apostoli non concordat. Ut enim placet hiis qui nobiliores sunt omnibus angelis non mittuntur superioribus. Alia est prima opinio quod omnium angelorum est missio, quam intelligit illi auctoritati apostoli. Et hec opinio dicit verbum apostoli non esse contrarium verbo dyonisii, quia dicit superiora agmina non mitti, aut quia ita non frequenter mittuntur, aut quia non ex officio ita competit eis mitti ~~officii in aperto ac mitti~~ sicut angelis inferioribus. Sed quia expositio ista verbi dyonisii videtur esse valde extranea, cum ipse dicat quod usum exterioris officii nunquam habent, sed predicti tamen eadem est veritas in hac parte, tamen verbum apostoli quam verbum dyonisii est ter

modo dicendum. Per dictum nunc vero tibi ... salutis et ad concordiam reducens et illis duobus ... ista ... elicies. Distinguis enim ... missi one ... enim missio exterior quae est ad nos et est missio interior quae est ad angelos. Sed propter nos, si de missione exteriori loquitur, sic non competit omnibus angelis, quia non competit superioribus agminibus sicut dicit dyonisius, quia ea quae promeruit usum exterioris officii nunquam habent. In quo significat quod intelligit de missione exteriori quae est ad nos. Quando autem intelligunt de missione interiori quae est ad angelos propter nos, sic mitti competit omnibus quoniam superiores mittuntur ad medios et medii ad infimos. Dum revelando purgant et illuminant ea quae ibi exprimuntur. Et hoc totum est propter nos. Et hoc significat dicit apostolus missi propter eos, id est missi ad eos ... Et hoc sunt rationes contra dicentes quod non omnium est ad nos missio ... plures ... Ad illud apostoli ad id non quod obicitur de vi. ysaye dicendum quod angelus missus ad eum non dicitur esse unus de seraphin quia esset de supremo ordine, sed quia mundabat labia eius incendio. Et hoc fuit ad opus illius de angelica ierarchie. Ad id quod obicitur quod missio competit filio, ergo cuilibet ordini angelico, dicendum quod duplex est missio. Una est ad revelandum consolando, alia ad ministrandum. Prima est tante dignitatis quod nulli aliis potest competere nisi soli deo. Secunda vero non est tante dignitatis quod competat agmini supremo. Ad id quod obicitur quod ordines angelorum omnes restaurantur ex hominibus, dicendum quod ad hoc et ad duo sequentia, quod licet omnes angeli sint nobis in adiutorium et omnes nos adiuvant vel mediate vel immediate, sed in suis studiis revelationibus, sed ... et defendendis nostris orationibus. Dum enim agmina suprema quae sunt nobis necessaria inferioribus agminibus ~~...~~ revelant et dum sic etiam vel pro nobis ad deum ... lata et petitiones nostras deo exponunt, non ut deum instruant, sed ut nostras petitiones igneis suis affectionibus deo acceptas faciant, sicut advocati de ... ordinibus aliorum cum defendunt et ornant, absque dubio nobis magnum auxilium prestant. Et sic faciunt ad ordinum suorum reparationem. Et hoc sequitur caritatis sollicitudinem et efficaciter nos adiuvant quam alii impugnent.

Consequenter quaeritur de secundo articulo, scilicet ad quid mittuntur. Et primo quaeritur utrum mittantur ad actum ... Secundo utrum mittantur ad illud intelligendum.

Et primum procedit sic. Et quia mittuntur ad inflammandum affectum, angelus qui missus est ad ysaiam sicut dicit dyonisius dicitur esse unus de seraphin

quia missus est ad ysaiam tenens carbonem inflammandum. sed inflammatio respicit affectum. ergo etc. Item actus seraphin sicut vult dyonisius decimo celestis ierarchie est illuminare purgare perficere. ergo si purgatio respicit remotionem sordium et solidatio respicit affectum quia ad eum pertinet vicium vel error. quod angelus mittitur ad inflammandum affectum per amorem sui et mundum. Item sicut vult dyonisius quod bonum est diffusivum sui. sed angelus beatus est perfecte bonus. ergo potest bonitatem diffundere. sed bonum ut bonum respicit affectum. ergo videtur quod affectus noster per susceptionem boni habet perfici et inflammari. quod ad hoc posse debeat angelus mitti ut nostrum affectum inflammet et perficiat. Item nos videmus in naturalibus quod res que est inflammata quando alteri rei in flamma approximat ipsam inflammat. ergo si affectus angelicus est igne divini amoris inflammatus et repletus et sua missione nobis approximat quod affectus nostros inflammat.

Ad oppositum arguitur primo. quia in affectu nostro potissime consistit arbitrii libertas. sed non deus solus est potest supra liberum arbitrium cum sit sibi deo potentissimum. ergo nulla creatura quantumcumque nobilis et perfecta potest inflammare vel perficere affectum nostrum. Item sicut in affectu nostro maxime consistit iustitia et rectitudo. iustitia enim est rectitudo voluntatis propter se servata ut dicit anselmus. sed solus summe iustus est qui nos iustificat ergo eius solius affectum inflammare. Item per caritatem inflammatur affectus quia consistit etc. ergo si caritas vel est species vel immediate inflammativa affectus nostri non potest esse ab aliquo alio. Item secundum affectum nostrum maxime consistit nostre mentis deiformitas. sed si ergo solus deus est deiformem efficere solus deus in affectum nostrum influere. ergo hoc non spectat ad ministerium angelorum. Responsio ad predictorum intelligentiam notandum quod affectum nostrum inflammari ab aliquo duplex potest intelligi. aut ita quod inflammet ab aliquo sicut a principali agente et efficiente. aut sicut ab excitante et adiuvante. et primum istud duplex modus intelligendi. duplex intellexerunt aliqui affectum ab angelis inflammari et perfici. primum intelligens est hereticus. secundum non catholicum. primo intellectum habuerunt aliqui philosophorum qui posuerunt quod anima esset infima intelligentiarum et quod intelligentia influeret super animas sicut influit agens super intellectum. unde dixerunt quod anima triplicem habet operationem. aliam intellectualem et divinam, aliam ex seipsa spiritualem ex influentia angelica, et divinam ex influentia divina. sed ista positio est contra veritatem catholicam et piam. quia non solum esset non intellectus ut arbitrii libertate in anime dignitate in beatitudinis sublimitate. quasi intellexisset sic beatus augustinus egregius doctor posuit animam immediate a deo compleri et moveri et vivificari dixisset. ut beatus augustinus ubique dicente istum errorem extirpat.

ostendens quod tam immediate anima per mentem unitur deo sicut et mens angelica. quia non intelligitur secundum modum sicut et hoc modo intellexit beatus dyonisius illud de angelo seraphin et perfecte modo ab angelo dicitur propheta fuisse inflammatus et purgatus per ignem. Ad duo primo. // Ad illud quod obicitur quod bonum est diffusivum sui. dicendum est quod diffusio duplex potest esse aut non aut per modum multiplicationis sicut calor vel lumen dicitur se diffundere. vel per modum utilis operis per quem modum dicitur bonus homo bonitatem suam diffundere. dum ad hoc operatur et laborat ut alii bonitatem non ab ipso sed a deo suscipiant et per hunc modum intelligenda est diffusio bonitatis in creatura angelica. // Ad illud quod obicitur quod inflammatum coniunctum inflammanti inflammat. dicendum quod verum est quando illa inflammatio est productio alterius i.e. non quod est in actu potest educere ad quod est in potentia. quomodo aliquid habet inflammari per calorem infusionem sui habitus virtute. quia hoc modo non inflammat ad nos coniunctum sui cum per naturam caloris quo calorem nature est infunderet per hunc modum est inflammari in spiritibus. nam flamma est amor divinus non ex ipsa anima productus sed potius a deo infusus et ideo hunc calorem non potest in nobis angelus efficere esse quamquam aliquo modo ad eius susceptionem possit nos excitare.

Consequenter queritur utrum angelus mittatur ad illuminandum nostrum intellectum. et quod sic videtur. primo dicit dyonisius in libro de celesti ierarchia. ordinatio congrua de lucida claritate per appentes ut in copiosis effusionibus excellentissime manifestat ... et per eas que possunt esse divine participat iudicium. ex hac littera manifeste colligitur quod deus nos illuminat mediantibus angelis. Item ille de motu cordis ita diffinit animam. anima est lux intellectualis earum illuminationum que sunt a prima natura relatarum proprie. ergo inter relationes anime ad deum a quo percipit illuminationem cadit alia relatio media. sed hec non est nisi relatio creature angelice. ergo videtur quod anima illuminetur a deo mediante angelo. Item angeli sunt lumina spiritualia. sed quia intellectus noster agens lumine suo se convertit supra fantasmata abstrahit et depurat et hoc modo illuminat. ergo si angelicus intellectus multo magis in actu est quam noster. ergo multo magis intellectum nostrum potest illuminare. Item planum est quod angeli multa nobis revelant spiritualia que non possunt naturaliter capi et recipi. non in sensu nec in ymaginatione. ergo videtur quod immediate possint intellectum nostrum similitudines imprimere. sed talis impressio non potest esse sine illuminatione. ergo etc. Item angelus dicitur purgare illuminare perficere. ergo si hec solum conveniret eis per modum excitationis. et similiter unus homo excitat alium. ut quod homo dicatur illuminare purgare et perficere. quod similiter homo non dicitur esse purgator nec illuminator. sic angelus pur-

[Lower margin note:] q. intellectum inflammari ab aliquo est ... in intellectu. vel efficiendo sicut sol dicitur inflammare affectum. vel movendo sicut obiectum movens potentiam sicut delectatum movet affectum inflammat affectum. vel excitando et adiuvando. sicut quod ostendit speciem rei delectabilis inflammat affectum. hoc autem ultimo modo angelus inflammat affectum ... inflammare vel incendere affectum nostrum. primo modo ignis incendit ligna. secundo modo ligna incendunt ignem. et sic ... tertio modo qui ligna suggerit incendit ignem.

qd angls possit aiam a superiori illuminari. Item multo plus pt angls beatus q dyabolus. sz demon per rationes cum ymaginationes corporum coaptatione et abstractione suggerere. ergo videtur q angls illuminat per gloriam cum sit aia nra superior et nobilior ipsa possit a superiori illuminari. Ad oppositum aug. in li. lxxxiii. q. interdum quod ad ymaginationes dicta est ut interius aspectu virtute fortis et pluribus locis dicit q inter mentem et deum nulla cadit medium. ergo si intelligentia nra attendit supra aiam summum videtur q non possit illuminari ab angelo. Item super illud ps. mandatum tue dne etc. m. et plas. me etc. dicit glo. deus per se ipsum irradiat plus mentes. ergo non q per angelicum ministerium. Item facilius est producere formas corporales quam sit dare illuminationes spirituales. sed angls formas non pt producere tamquam principale agens. sz solum exterius disponere. ergo multo fortius non illuminationem spiritualem pt aie dare. Item si angls illuminat aiam. aut illuminat immittendo ei lumen proprium. aut creando novum. si primo lumen proprium ac lumen suum sit ex ipsum. ergo angls illabitur aie quod est solius dei proprium. si creando novum aut producendo ex aliquo. aut de nichilo. si ex aliquo quo ex quo quod cum non sit dare. si creat angls producat ex nichilo quod sit creator. Item si angls illuminat aiam aut per medium aut sine medio. si per medium queritur quod sit illud medium. differens spirituale illuminatorem et deferens spirituale illuminatorem non possit esse non sit inter aiam illuminatam et angelum illuminantem est ponere medium. et tamen q de illo sic dicitur. ergo videtur esse abusive infinitum. vel non est ponere medium. si immediate illuminat ipsam aiam. ergo videtur q sit in ipsa aia et ita quod illabitur aie. Item ita immediate naturale est sicut in dominio intelligentia ut uidetur ergo si angls non pt uolunt intrinsece non potest intelligentia illuminare quia hoc quod quod uniuersaliter accipiat illustrationem actus videlicet illustratur per gratiam et perficere. Respondeo dicendum qd aiam quo ad superiorem portionem illuminare solius dei est proprium. sicut in pluribus locis ostendit aug. et quamvis aliqui intelligentes tota virtutis potentiam posuerunt. dicentes intelligentiam nostram non pervenire ad lumen proprium per se. sz per fictionem et illuminari ab intelligentia per lumen intelligentie medium et hoc est sicut tamquam cuniculum respectu. cum tamen multis locis hic aug. ostendat contrarium et sacra scriptura hoc dicat. Johannis sic Jo. i. dicitur erat lux vera que illuminat et est quod non est lux creata sz lux divina sapientia eterne. Itaque hanc aiam dicere videtur quod est quod intellectus quod vero intelligere facit sic videtur in sole intelligi. et hoc potissimum signum est quod intelligentia nra in aspectu summi luminis natus est beatificari. non unquam aliqui

quo pt esse contentus quousque perducatur ad illius claram aspectum. aiam ergo quo ad supremam partem angls non pt illuminare. sz quo ad inferiorem partem bonus possunt et hoc doctores aias nras alterius angelos per eorum revelationes illuminari. hic autem tripliciter intelligi. uno modo ut intelligatur angls inferiorem portionem illuminare per modum lucis irradiantis non ut intelligatur illuminare per modum speciei offerentis. et per modum lingue vivacitate exprimentis. omnes hii modi et si aliquo modo sit intelligibile sit angls sit lumen et speculum et habeat et spiritualem interpretatis sive locutionis officium sustinere possit. tamen tertius modus intelligibilior est. non enim multum bene apparet quo modo angls irradiat non quo modo se offerat aspectui aie. sz hoc satis intelligibile est quo angls possit aie quod concepit suggerere. et sic doctor dum exterius loquitur excitat intellectum. et una pars ad intelligendum et viva et efficax locutio quia sua vivacitate ad intellectum nostrum habet ingressum dum sonat auris corporis exterius. nec cui ille liberalius auditur hoc bene clamat cui per modum efficax est et vivax. cum habeat ad latentes eriget vivere vocis actus ut dicit ieronimus. sic et suo modo intelligendum est. q angls hic possit facere in tali et sic illuminat non lumen infundendo. non solum offerendo sicut obiectum speculum sz et vivaciter excitando sicut doctor exterior et adhuc efficaciori modo. huius sic patet ratio per magis partem ad solutionem adversariorum. rationes ostendentes q angls non possit intelligentiam nram illuminare loquitur de intellectu quo ad superiorem portionem. scilicet mentem et de illuminatione que quidem est plus in effusione et hoc solius dei est proprium. sic patet est. unde rationes ille concedende sunt. Ad illud vero qd obicitur de dyabolo iam patet ratio. dicendum enim qd loquitur de illuminatione secundo modo sive primo. Ad illud qd obicitur de illa dispositione aie. dicendum q ultima utilis sua relatione habet dicitur aia illuminari a deo perfectius. non quia dicitur angls cadat medium inter deum et aiam per modum influentis. sz quia perfectius et nobilius illuminatur a deo angls quam aia propter dignitatem. et ideo dicitur illuminari per suo ordine causalitatis sed dignitatis. Ad illud qd obicitur q angeli sunt luna. dicendum q verum est. sz non ideo dicuntur luna. quia lumen suum diffundunt exterius in aiam. sz quia in se lucent. non enim est simile de lumine corporali et spirituali. lumen enim spirituale propter suam dignitatem a forte luminis interius procedit et non possit habere medium deferens. lumen autem corporale recipit per medium et defert. et sic potest deferri et recipi. sic et pt reddi et sic illuminatum pt illuminare. sic patet illud. Ad illud q obicitur q multa nobis revelat. quod nobis per sensum non exprimunt dicendum q illud non concedit quod interius influat intellectui. sic enim potest fieri si interioris intellectum suggerat. non adhuc illud oportet. sz et per se interius virtute fungatur. sic enim videmus

quod ego non possum, est ad ostendendum in medio sensibus et viribus inferioribus. Quia intellectus tamen non est natus a superiori ad recipiendum nisi actu [illegible], nisi est [illegible] adeo spirituale, quin mediantibus verbis sensibilibus possit [illegible] intelligi ac tuis [illegible] et iam de talibus loqui de spiritualibus sicut decet; multo fortius potest hoc angelus facere in virtute interiori qua elevator est quam [illegible] exterior, quadam spirituali locutione, et satis est ex alteritate. Ad illud quod obicitur quod si solum posset per modum excitationis, tunc non posset amplius quam homo vel etiam malus angelus, dicendum quod etsi non possit homo vel angelus malus, tamen ex hoc non sequitur quod adeque excitet, propter virtute exprimendi, quia per eandem viam contingit bene et melius docere, sicut patet: parvuli enim errores addiscunt a sapiente doctore et fatuo, sed multo melius nos docet qui lumen sapientiae habet quam qui illa caret. Sic in angelo intelligendum est et hoc, et per hoc patent illa duo ultima, quia non est simile de homine nec de daemone, neutrum enim potest in virtute et efficacia, cum non tamen habeant lumen sapientiae. Ad illud quod obicitur ultimo quaerebatur quomodo fiat differentia actuum, dicendum quod unus modus dicendi est quod illi tres actus respiciunt intellectum, ut purgatio sit in initio, illuminatio in processu, et perfectio in [illegible] vel alio, ut notetur in tali [illegible] quae ordinatur eruditio vel doctrina angelica. Purgatio est ad removendum impedimentum, illuminatio est ad cognitionem veri, perfectio ad dilectionem boni. Adhuc alius ordinat per modum excitationis, sicut sermo boni praedicatoris, et idem in [illegible] bonus doctor et praedicator debet illuminare et purgare et perficere suos auditores, sicut expresse beatus Dionysius in libro de angelica ierarchia dat intelligere.

Consequenter quaeritur de tertio articulo, scilicet qualiter invicem sibi officium exequuntur, et quomodo faciant [illegible]; et quia de motu in primo libro distinctione xxxvii [illegible] dictum est, nunc quaerendum est de locutione angelica, et supponitur quod competit angelis loqui absque assumptione corporis, sicut dicunt plures auctores, et semper [illegible] spirituali quod quidem est [illegible].

Circa modum loquendi quaeruntur duo. Primo est utrum locutio angeli idem sit quod est cogitatio. Secundo est utrum eadem locutio possit esse ad Deum et angelum.

Circa primum sic proceditur. Videtur quod spiritualis angeli locutio non est idem quod eius cogitatio. Primo per hoc quod dicitur i. Cor. xiii: Si linguis hominum loquar et angelorum; glossa: angeli superiores significant inferioribus quod devotionem perceperint quod sit aliquibus nutibus vel signis; signum autem cogitationis aliud est quam cogitatio; ergo cogitatio aliud est quam locutio. Item differt in angelo actus virtutis intellectivae et operativae; sed per idem differt actus virtutis cognitivae et interpretativae; sed cogitatio est actus virtutis interpretativae; ergo non sunt idem. Item non est eadem conversio qua intellectus convertit ad se et qua convertit ad alterum; ergo cogitare et loqui in angelo non est idem sed diversum. Item per locutionem fit manifestatio cogitationis angelicae; sed si idem esset loqui et cogitare, quandocumque cogitaret alteri manifestaretur; sed numquam est verum, alteri angelo latet quod est in alio; ergo quandoque sciret angelus superioris ordinis, scilicet ille qui est inferioris, quod est plane falsum. Item [illegible] distinguens vocem angelorum dicit: vox angelorum in laude conditoris est admiratio intimae contemplationis. Si ergo admiratio sive contemplatio est actus differens a cogitatione, ergo nec locutio sive vociferatio. Item dicit non lingua et auditu indiget angelus, nam sine sono vocis [illegible] ad suas illuminationes; ergo vel locutio angelica nihil sit, aut si aliquid est, non est aliud quam cogitatio. Item locutio non sit aliud quam conceptus. Angelus enim [illegible] est sua cogitatio, habet naturam lucis et speculi; sed lux corporalis per hoc quod lucet se manifestat, et speculum per hoc quod speciem recipit, recipit et speciem repraesentat; ergo angelus per hoc quod intellectu cognitiones suas declarat; ergo cogitationis declaratio sit locutio, idem est in eo cogitatio et locutio. Item locutio non est aliud quam dicere, et dicere non est aliud quam verbum gignere sive formare; sed cogitatio nihil aliud est quam verbi formatio vel verbi conceptio, sicut vult Anselmus; ergo cogitatio nihil aliud est quam interior locutio; sed locutio quae convenit angelo per se est tantum interior; ergo idem est quod cogitare. Item si locutio differt a cogitatione, cum per superaddat ei, quaero quid addit super ipsam. Si tu dicas quod addit manifestationem quae fit per quandam speciei oblationem et immissionem in alterum quandoque, tunc videtur cum angelus superioris ordinis nihil recipiat ab angelo inferioris, quod angelus inferioris ordinis non possit loqui alicui angelo superioris ordinis, quod plane falsum est. Si enim potest angelus loqui Deo, multo magis potest loqui alteri angelo. Item locutio quae differt a cogitatione addit aliquid signum exprimens; si ergo angelus vult suum intellectum quem habet in se alteri angelo manifestare loquendo, et in hoc differt locutio et cogitatio, ergo oportet quod differat species qua intelligit et signum quo exprimit; tunc

quod quando de illo signo aut est species aut res. Si species
quae pro ratione indiget alio signo, et illud quaeret
de illo alio, et non erit ibi status, sic in infinitum.
Si autem est res aut sensibilis aut intelligibilis. Sensibilis non,
quia quod est in angelo est spiritualis et intelligibilis. Quod
quando magis illam apprehendit angelus cui fit sermo
quam ipsam speciem quae est in intellectu angelico, et item
illa res quae est in mundo angelorum non potest fieri in intellectu
alterius angeli. Sed oportet quod fiat per similitudinem, et est pro ratione
ne species existens in intellectu unius angeli possit
generare sui similem in alio. Aut si non, quod non. Item
quando potest intelligi ... et ibi medium deficiens
quod est in lux abstrahens, et quod est in nobis vel virtus
generativa et imprimens. Contra non videtur hic esse necessarium.
Sed differt in angelo locutio et cogitatio. Quia ad perfectam
intelligentiam est notandum quod loqui duplex est. Uno modo loqui dicitur
actum in se sui intrinsecum. Alio modo actum ad alterum
sui quodammodo extrinsecum. Primo modo loqui est quod idem fuerit
exprimere sui exprimere, et primo modo locutio sui ipsius, sive interior,
sive in angelo non est aliud quam cogitare. Sed in plus dicitur quam
cogitare, sed differunt modis suis. Secundo modo loqui ad
alterum super intellectum notat effectum quendam revelatorum.
Non enim dicitur aliquis loqui solum quia intelligit, sed et quia reve-
lando aliquid illustrationem in nobis efficit. Unde Gregorius
in Moralibus: locutio ad nos intellectualis fit vel potius
quam auditur, quia dum semet ipsum sine mora sermonis
insinuat, repentina luce tenebras nostrae ignorantiae il-
lustrat. Et hoc modo non solum addit effectum in alte-
rum, sed et actum et signum medium. Cum enim unus
loquitur alteri, non solum cogitat, sed cogitationem
suam formando vocem sensibilem aliis interpretatur et ex-
plicat. Ideo autem quia locutio in hominibus non solum
addit actum, sed et signum medium, hoc est quia anima alicui
est actus conversionis super se, et alius actus conversionis
ad alterum. Et in cogitatione convertit animam super id quod habet in
se. In locutione vero offert alteri. Et oportet quod aliquis actus
sit cogitationis et loquendi, et ita addit actum locutionis
super cogitationem. Et hoc super addit et signum, quia anima
quando est in corpore non est nata suscipere nisi medio
sensibili. Unde quod aliquid intuetur unum in alio, necesse habet anim-
ae visa sensibilia. Ideo ad hoc quod anima conceptum suum
alteri exprimat, oportet quod per speciem vocis sensibilis per organum
formatum mediante ipsa per imaginationem conjugat. Et sic sunt duo
in
sensibilibus sicut signa intelligibilia, per quod sunt signa sensibilia mediis
naturalibus sensibilibus ad intellectum alterius anima attendat.
Et hoc necesse est ut sic, quia spiritus est extra corpus.
In eius locutione autem habet spiritualem. Ad corporalem spirituali-
bus aliquibus mediis opus est. Unde locutio super cogitationem
addit effectum solum intellectum, sed non addit sensibile signum sive

quod extrinsecum addit, ipsum quia hoc quod cogitatio ipsius est de sui natura
est secreta, et ideo numquam fit manifesta nisi ipse cogi-
tans aliquid tamquam audiendum offerat. Et ab aliquo sentien-
dum. Quia nimium medium quod in se habet ad intellectum al-
terius, quod ad aliud pertingere faciat, necesse est et est
intellectus actus novus, quia non eadem conversione se supra
se convertit, et supra alterum vel ad alterum. Sed tamen non est
necessarium sensibile signum nec deficiens medium, quia cum ipse
intellectus angelicus sit potentialis sensibilibus, natus sit
suscipere. Angelus loquens sine sensibili medio natus
est sibi offerre, et ideo ad loquendum sufficiet ipsi an-
gelo ipsa species intelligibilis quae ex virtute intellectiva ipsius
angeli ad ipsum unionis potest ad alterum protendi.
Sicut illa species dum erat conversa intrinsece continebatur
in intellectu et erat verbum internum, sic dum extra protendit
ad alterum efficitur quasi nuntius et verbum externum. Et quia
tamen illa species quae virtus protendere illam ad alterum et
ipsa protensio spiritualis est, ideo non indigeret aliqui
medio deferente. Sed quia virtus illa finita est, necesse
est ad hoc quod unus angelus intellectum alterius angeli
loquendo, hoc est illam speciem protendendo excitet,
quod finita distantia ab invicem distent. Ex his
igitur patet quod et si non tantum distat in angelo locutio
et cogitatio, quantum differt in homine, differt tamen aliquo modo,
ideo rationes inductae ad hanc partem concedendae sunt. Ad
primum quod obicitur de Gregorio, dicendum quod Gregorius loquitur de locutione
angeli in comparatione ad Deum, apud quem loqui, cogitare
est, quia auribus eius nihil latet. Ad secundum quod obicitur de
Damasceno, dicendum quod quamvis locutio angeli non differat
a cogitatione, ipsum quod ultra cogitationem dicat vocem sensibilem,
non tamen non est omnino indistinctus, quia etsi non addat
ultra cogitationem exterius signum, addit tamen ulteriorem actum
atque protensionem, cui convenit finita distantia. Quamvis
cogitationi et intellectui ab omni distantia abstrahat. Ad
tertium quod obicitur de manifestatione lucis et speculi, dicendum quod non
est simile, quia lux aut speculum manifestativa sunt ipsius.
Unde nec lux potest latere nisi speculum suscipere cogni-
tionem et se manifestaret. Sed non sic est in angelica cogitatione,
cuius manifestatio est voluntaria. Sic dicit Augustinus XI
super Genesim ad litteram. Et dum ipsi angeli cogitationes suas
ad invicem nuntiant, non cessat pro commixtione quibusdam
spiritibus obstantibus potius vel remotis sic sensibi-
libus esse constat. Ad quartum quod obicitur quod idem est loqui quod
dicere, dicendum quod sic loqui est duplex: in se et ad alterum. Sic
et dicere. Et quamvis dicere in se sit quod cogitare, vel co-
gitando intelligere, tamen dicere ad alterum ulteriorem habet actum.
Ad quintum quod obicitur quod si locutio addit aliquid super cogitationem,
quod tunc non posset angelus inferioris ordinis loqui ad
angelum superioris, dicendum quod licet in se loqui addat

Intellectus angelice

loquela dei ponit

influentiam vim maltam. sed actus locutionis
superadditus actui cogitationis non dicit nisi quandam speciei
protensionem ad alterum que quidem protensio non est illius
speciei impulsiva. sed potius excitativa intellectus audientis
ut speciem illam in se suscipiat et in se ipso faciat. Unde
locutio ex parte loquentis non [illegible] excitationem passivam
activam ex parte audientis vero excitationem passivam.
Et ex hoc patet quid sit auditus angeli et quomodo differt
eius audire et videre. nam tunc audire quod videre est in an-
gelo intelligere. Sed tunc videt cum ex proprio motu aliquid in-
telligit. tunc audit quando per oblationem speciei intelligibilis ab
alio intelligentie excitatus ipsum quod offertur intelligit.
Et sic competit angelo non solum ad superiorem sed et
ad inferiores vel inferiorem. quia sic audit supremus angelus
ab infimo. sic magister audire potest a discipulo.
non quia ab eo suscipiat doctrinam sive illuminationem
sed quia melius cognoscat eius conceptus per ipsius
detectionem. Ad illud quod obicitur quod si locutio differt
a cogitatione quod nutus differt a specie. dicendum quod illud non ostendit
quod differat re. sed sufficit quod differat sola operatione.
eadem enim species est quando sedat in se. et quando potest prote-
di ad alterum per retorsionem differens. sed actus quidam redi-
tus in se qui quidem est cogitatio et actus protensionis ad alterum
retorsione differens qui est locutio actus est alius
et alius. nam huius actibus intellectus angeli ai-
ead similitudine diversimode utitur ita quod in corpora-
la similitudo et intelligibilis species species tamen dicitur et verbum.
in alio vero non tamen species sed et nutus. Unde per tamen
possumus dicere quod sic species quod est in speculo duplicatur
dicitur se adeo [illegible] non est omnino eadem sed se multipli-
catur. sic et potest intelligi spirituali modo de specie que est
in intellectu angelico. Si autem queritur de medio
dicendum quod nullum est quod. quia cum sit actio spiritualis
et intellectualis non indiget medio corporali. Si vero
queritur de virtute per quam fit sive de luce spirituali dicendum.
quod convenit in luce intellectus angelica effectivus et lux
et superne virtutis, ut sic in luce corporali ad in-
Propter ista sunt dubitationes circa litteram. Et primo quia de illa diffinitione quam ponit: peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei. Videtur enim dicere falsum, aut enim intelligitur coniunctive aut subdisiunctive. Si subdisiunctive, quia membra non possunt simul stare, quia nullum idem peccatum est concupitum et factum. Sed hoc est falsum, quia idem peccatum frequenter concupitum. Item videtur quod non conveniat omni peccato, quia peccatum omissionis nec est factum nec concupitum nec dictum. Item videtur quod male sit assignata, quia non convenit omni peccato nisi actuali. Respondeo dicendum quod peccatum diffinitum est peccatum actuale et mortale, propter hoc quod est peccatum actualis. Genus dicitur quod est dictum vel factum vel concupitum, secundum triplicem actum, videlicet possibilem intellectualem et operativum et affectivum, quia omnis est possibilis quodam modo. Propter quod est mortale dicitur quod est contra legem Dei, et sic convenit omni et soli. Omni quia omne peccatum actuale aut est concupitum tantum, aut est concupitum et exterius consummatum, et hoc vel per verbum vel per opus. Soli vero convenit, quia non convenit veniali, cum non sit contra legem Dei, nec originali, cum non sit dictum vel factum. Ad quod querit utrum teneatur coniunctive vel subdisiunctive, dicendum quod disiunctive. Sed ultimum membrum intelligendum est cum passione, reliqua vero minime. Unde sensus est quod omne peccatum aut est dictum et concupitum, aut factum et concupitum, aut concupitum tantum. Ad secundum quod obicitur de peccato omissionis, dicendum quod omne peccatum sicut vult Augustinus radicem habet amorem malum, et ideo quamvis in peccato omissionis sit privatio alicuius actus debiti, quia tamen illa privatio ortum habet ex amore alicuius boni commutabilis, quod patet quia aliquis non vult ad matutinas surgere quia vult in lecto quiescere, non peccatum omissionis cadit sub hoc membro quod dicitur concupitum.

Item quia debet quod dicat: peccatum est voluntas retinendi vel assequendi quod iustitia vetat. Aliquod enim peccatum est quo aliquis nec vult aliquid retinere nec aliquid assequi, immo potius intendit destruere, sicut est in invidia et odio et vindicta. Item velle assequi quod iustitia vetat vel retinere hoc est avaritie vel rapine, ergo omne peccatum erit rapina. Est ergo quod est peccatum ita bonum sunt contra alias virtutes sicut contra iustitiam, quia magis diffinit peccatum per oppositionem ad iustitiam quam per oppositionem ad virtutes alias. Respondeo dicendum quod Augustinus diffinit peccatum per id quod est radix omnis mali. Hec autem quod est amor libidinosus, et quoniam omnis amor libidinosus vel est in habendo vel in habitis, et hoc preter ordinem et regulam legis eterne, ideo dicit quod peccatum est voluntas assequendi vel retinendi quod iustitia vetat. In quo describit amorem inordinatum qui est radix omnis peccati, et per id ad quod est, et per id a quo est. Ad quod obicitur de invidia et odio, dicendum quod etsi ibi sit detestatio contrarii, est tamen in delectatione animi, et per hoc continetur sub hac assignatione. Ad primum quod obicitur quod tunc omne peccatum erit rapina, dicendum quod assecutio istud non solum modo per aufferre rerum temporalium sed etiam in aliis ceterorum appetibilium. Iustitia vero non tantum istat prout est cardinalis virtus, sed prout est virtus generalis, in qua omnes virtutes complectuntur, et cui omnia vitia opponuntur. Item quia debet quod dicat: utraque assignatio de actuali peccato, ad mortali non veniali. Videtur enim quod male fiat assignatio peccati. Sed nunquam ista descriptio vel assignatio debeat convenire omni, et per has diffinitiones non conveniunt omni peccato, ergo non recte assignantur. Si tu dicas quod peccatum non dicitur de eis univoce sed equivoce, quia que sunt in eodem respectu habent univocationem. Sed omne genus tamen peccati ortum habet ex peccato Ade, tam originale quam actuale, quod scilicet veniale. Omnia etiam genera peccatorum in hoc conveniunt quod reddunt animam dignam pena et privant ab eo quod bonum quod est iustitia vel ad iustitiam ordinatum. Ergo videtur quod de eis univoce dicatur peccatum et similiter. Ergo videtur quod una debeat esse communis assignatio peccati prout dicitur de hiis omnibus generibus. Et ergo quod unum contingit eorum rationem assignari omni generi peccati, hoc est quod unum peccatum de eis dicatur univoce. Et si tu dicas quod sic est contrarie, quia quamvis conveniunt in aliqua habent proprietates. Sed mortale et veniale, nulla est proprietas secundum quam univocantur. Item videtur falsum dicere, cum dicat quod peccata assignata non sunt peccata venialia. Videtur enim quod peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei. Sicut dicitur Ro. vii. Sine lege non concupiscerem. Glossa: Bona est lex que dum concupiscentiam prohibet, omnia mala prohibet. Ergo venialia prohibentur a lege Dei. Item ergo contra legem Dei, ergo peccata ista eis conveniunt. Respondeo dicendum quod peccatum prout dicitur de originali, actuali, mortali et veniali, nec dicitur omnino univoce nec dicitur omnino equivoce, sed quodam medio modo, scilicet analogice, ratione culpabilitatis. Primo et principaliter reperitur in peccato actuali mortali, et consequenter in originali, et postremo in veniali. Et ideo notificatores qui dant de peccato simpliciter potissime respiciunt ad peccatum actuale mortale quod est peccatum simpliciter.

et per hoc patet responsio ad illa que obiciuntur. nam certum est quod illa
tria genera peccatorum conveniunt in eo quod in effectu non concludit
quod peccatum dicatur de eis univoce. Set analogice.
quia in hiis non conveniunt equaliter. set per prius et posterius.
et ideo cum quis uti possit una communi voce aliquando.
dicendum quod potest una aliquando voce quando signat eius per prius et poste-
rius. et ita hic continetur analogice. ut patet si dicitur
quod peccatum est mixtum per nature. vel proprio voluntatis. Ad aliud
quod obicitur quod nulla est privatio. dicendum quod etsi nulla est priva-
tio [illegible] admixta [illegible] est tamen pri-
vatio in eventu et more per consimilem comparationem ad
culpa originale et actuale conveniunt. Item quod de alia
diffinitione ambrosii quod ponit. peccatum est prevaricatio le-
gis divine et celestium inobediencia mandatorum. videtur enim
quod hec non conveniat omni peccato. Quedam enim ut dicit
augustinus sunt mala quia prohibita. quedam prohibita quia
mala. ergo si nulla esset lex nec aliqua precepta data
adhuc essent peccata. non ergo peccatum est prevaricatio legis
et cetera. Item sic obediencia distinguitur ab aliis
virtutibus. ita inobediencia ab aliis viciis. ergo male
diffinitur omne peccatum per inobedienciam. Item
ita peccat qui non obedit prelato sicut qui non obe-
dit deo. ergo non tantum est peccatum inobediencia celesti-
um preceptorum. Set et terrenorum. Respondeo dicendum quod lex
aliquando accipitur stricte pro lege scripta vel data.
aliquando large prout comprehendit legem nature et legem
scripture et legem gratie. et in predicta notificatione lex
accipitur large. Ad id quod obicitur de obediencia. dicendum quod
obediencia dupliciter accipitur. uno modo prout dicit ob-
servanciam mandatorum dei. et sic est communis omnibus virtu-
[illegible] tibus. alio modo prout specialiter consideratur. preceptum.
et sic est virtus divisa ab aliis. quia potissime
habet usum suum in hiis que ideo sunt bona quia pre-
cepta. et sic obediencia dupliciter accipitur. scilicet large et
stricte. et in predicta notificatione accipitur large.
Ad id quod obicitur de obediencia prelati. dicendum quod totum pen-
det ex mandato dei. quia deus mandat quod obedia-
tur homini. Item quod de hoc quod dicit [illegible] consen-
ciente peccato virtus fortasse non esset. videtur enim falsum
caritas dicere. quia si non esset culpa prior esset. ergo virtus perfec-
tior et maior. Si tu dicas quod hoc non asserit. Set
sub condicione dicit. Item falsum dicit quod enim posuit ut
dubium. Sicut qui dubium asserit ut certum. Et dicendum
quod in illo verbo non ponit. nisi quod virtus non esset non ex
intencione malicia. Set hoc sic quod non ita apparet. sic
nec appareret. et ideo dicit fortasse non esset. non negat
esse tamen ita esse. Item quod de hoc quod dicit in illo capitulo.
post [illegible] quod peccatum est privatio sive corruptio
boni. Sed enim privatio et [illegible] opponuntur [illegible]

recte diffinitum est supra. peccatum est dictum vel factum et
cetera. ergo male diffinitur per privationem. Item hoc quod
cum unius rei una sit diffinitio. unde est hoc quod peccatum
ita multipliciter. et variis diffinitionibus assignatur. Et quare pe-
nes quid ille diffinitiones distinguuntur. Respondeo dicendum
quod de peccato est loqui formaliter. et est loqui materialiter vel
secundum subiectum sibi actum. ideo aliqui diffiniunt
per privationem. aliqui per positionem. quia quedam sunt formales
diffinitiones. quedam materiales. et utroque modo multipliciter.
Si enim consideramus peccatum secundum quod dicit privationem. hoc potest
esse dupliciter. aut inquantum simpliciter dicit recessum a bono
aut secundum quod dicit recessum a rectitudine [illegible]. aut inquantum dicit
recessum ab omnis boni complemento et perfectione. primo
modo sumitur diffinitio ab augustino. quod omnis id [illegible]
[illegible] diversis verbis quarum prima sumitur in libro
de [illegible] et hec est [illegible] ubi dicit [illegible]
in libro de vera religione. peccatum non est appetitus na-
turalium. Set defectus meliorum. Secunda de libro de na-
tura boni. peccatum est corruptio boni modi speciei et ordinis.
Secundo modo prout scilicet peccatum dicit recessum a rectitu-
dine [illegible] tres diffinitiones quas idem an-
selmus ponit [illegible] quarum una est. Iniusti-
cia est peccatum et absencia [illegible] et ideo est priva-
cionem [illegible] quia est anselmi. peccatum est [illegible] de-
bite iustitie. Et est augustini. peccatum est defectus quidam
alicuius veritatis [illegible] non [illegible]. Set obstan-
tans. Tercio [illegible] prout dicit re-
cessum ab omnis boni complemento et perfectione. Sic
reperitur triplex diffinitio. que differunt solo dicendi
modo. Quarum prima sumitur ab augustino in libro de libero arbitrio.
Malum est aversio a bono incommutabili. Altera ab eo-
dem in libro de vera religione. peccatum est carere bonis incommu-
tabilibus quibus fruendum est. Tercia sumitur ab eodem
augustino. peccatum est tenebra intelligencie. [illegible] dicitur
inquantum privat a visione lucis eterne. hee omnes
sunt notificationes peccati quantum formales. Sunt et alie no-
tificationes que concernunt actum substratum [illegible]
[illegible]. Secundum triplicem consideracionem peccatum
habet [illegible] ratione. aut videlicet a deo quem offendit.
aut ad virtutem quam excludit. aut ad bonum [illegible]
[illegible] tendit. Si in comparatione ad deum quem of-
fendit. Sic est triplex. quarum una accipitur
ab augustino in libro contra manicheos. peccatum est voluntas
[illegible] alia ab am-
brosio in libro de paradiso. peccatum est prevaricatio legis
divine. et celestium inobediencia mandatorum prece-
ptorum. Tercia ab eodem augustino [illegible] peccatum
est dictum vel factum. vel concupitum contra legem dei. Secundo
modo. scilicet per comparationem ad virtutem quam excludit. sic

repit triplr diffinito, quarum una supra est assignata. peccatum est dispositio actus cum se habet ad virtutem. Secunda ab aug. in li. de du. a(n)i(m)abus. peccatum est voluntas retinendi vel assequendi quod iustitia vetat. accipitur enim iustitia generaliter prout omnes virtutes complectitur. Tertia ab eodem aug. in li. de vera relig. peccatum est appetitus quo ipse contempsit. vel contempnere quod ipse appetit. nam ipse sunt omnes virtutis speculum et exemplar. Et est triplex modus scilicet propter hoc adbonum quod pretendit. sicut in veritate triplex assignatio regens. licet differat modo dicendi. Quarum una est aug. in li. de ci. di. peccatum est male uti bono. Secunda ab eodem in li. lxxxiii. q(uestionum). Tertia est eiusdem aug. in li. de li. ar. peccatum est spreto incommutabili bono rebus commutabilibus adherere. Fortassis autem et alie non (iden)tificature ab istis eorum potuerunt reperiri. nam due alie sunt quarum utitur colliger primam sed utimur quas accepimus ut est illa. peccatum est actus incidens excessum boni. et illa. peccatum est nichil penitere. et sic in cumulo sunt xx.

Sciendum tamen quedam sic est pena etc. Superius determinavit magister. quid sit peccatum secundum rationem diffinitionis. In hac parte querit utrum peccatum sit pena peccati. dividitur autem pars ista in duas partes. quarum in prima magister movet questionem illam et determinat secundum opinionem aliorum. In secunda vero secundum opinionem propriam ibi. In illo tamen prejudicium sine vitium et cetera. Prima pars habet tres partes. In prima adducit magister auctoritates in quibus ostendit quod unum peccatum sit alterius peccati pena. In secunda vero movet questionem et determinat iuxta aliorum opinionem ibi. Et ideo nimirum quam solet poni. In tertia vero subiungit illius opinionis diligentem explanationem ibi. Et licet ex ceteris sensu omne peccatum mortale possit dici etc. Secunda pars principalis in qua ista questione determinatur. secundum propriam opinionem dividitur in partes tres. In quarum prima determinat propositam questionem secundum propriam opinionem confirmans eam auctoritate sanctorum. In secunda vero determinat quoddam dubium. In tertia autem probat propositum. Illud autem diligenter notandum est quod superius posuimus etc. In tertia vero breviter epilogat ea que predicta sunt ibi. Sed ea diligenter considerare possumus etc. Et sic in hac totali parte agitur principaliter de comparatione culpe ad penam. utrum videlicet culpa sit pena causaliter tantum an causaliter simul et essentialiter. et quamvis secundum aliquorum opinionem peccatum sit pena causaliter secundum tamen opinionem magistri quod in lit(tera) innuitur. non tantum causaliter. sed etiam essentialiter pena est.

Distinctio que hic ponitur. et ita incidit hic questio.

Primo quod de comparatione culpe ad penam secundum receptionem.
Secundo vero quid de comparatione culpe ad penam secundum separationem.
Tertio quid de comparatione pene ad deum iustitie equitatem. Circa primum queruntur duo.
Primo quod utrum unum peccatum sit alterius peccati pena.
Secundo quod utrum passiones que sunt pene et tamen pene sunt et peccata.

Circa primum sic proceditur. et quod utrum sit pena peccati. et quod sicut apoc. ult. Qui in sordibus est sordescat adhuc. glo. iustum est. Sed esse in sordibus non est aliud quam esse in peccato. et sordescere non est aliud quam peccare. ergo peccatum est multum alterius peccati. Item anselmus. peccatum sequens est retributio precedentis. Sed retributio peccati non est nisi pena. ergo etc. Item Greg. expressius dicit et hoc in multa. unde primum peccatum appellatur et ultima pena ignis eterni. media que sunt. et pena sunt et peccata. Item ysid. de occulta superbia eliorum vindicatur per manifestam luxuriam. Sed vindicta peccati est pena. ergo manifesta luxuria est pena superbie. Item greg. quod homo peccat mittitur adeo relinquitur. Sed cum quem relinquit cadit continue in aliud peccatum. ergo sicut iustum est quod unum peccatum commisit mittitur per consequens dimittitur cadere in aliud. ergo si dimissus cadit in aliud peccatum. illud quod secundo perpetratur ordinem habet ad primum sicut admissum. Sed omne tale est pena peccati. ergo etc. Item esse est pena peccatum. in quo homo dampnificatur et deducitur. et in quod primo peccato inducitur. Sed superbus per hoc quod vult alium excellere. modo cadit in invidiam. cum videt alium superare. sic enim dicit aug. in li. de v. rel. necesse habet alii invidere quando videt abeo superari. ergo videtur quod invidia sit pena superbie. invidia absque dubio est peccatum. ergo peccatum est pena peccati. Sed contra omnis pena peccati est laudabilis. nulla culpa est laudabilis. ergo nulla culpa est pena peccati. maior probatur. quia omne quod iustum est laudabile est. Sed omnis pena peccati iusta est. sicut dicit aug. et habetur in lit(tera). minor vero per se patet. Item omnis pena ordinatur culpe et per hoc trahitur ad universi decorem. Sed culpa subsequens non ordinat culpam precedentem. nec decorat. immo magis deturpat. ergo culpa non est peccati pena. Item si culpa subsequens est pena precedentis. ergo cum talis culpa precedens est minus [illegible] tunc illa culpa que est subsequens est multum altius. et sic demerens [illegible] peccatum debet inmanere in punitione [illegible] in eternum. si ergo hoc est in [illegible] quod peccatum non est peccato punitum. ergo non unum [illegible] est alterius punitur. Item secundo [illegible] precedens

peccatum

q[illegible]

f. 9.

ergo cum deus non puniat bis in idipsum, culpa sequens precedentem culpam puniens non debet puniri. At si punit, non debet tamen puniri. quia si hoc esset, vitari posset quis quomodo de malo. quod sibi est inconveniens. Item si peccatum est pena peccati, et deus non punit sine condignum, numquam peccatum sequens esset maius peccato precedenti. quod sibi de plano est falsum. quia de minimo peccato devenitur ad maius. planum est quod peccatum non est pena peccati. Respondeo dicendum quod absque dubio sicut auctoritates sanctorum expresse continent, verum est quod peccatum est pena peccati. Sed qualiter est quod est hoc est duplex modus intelligendi, secundum quod magister in littera innuit. Quidam enim pie volunt quod peccatum est pena peccati non quantum ad culpam, sed secundum id quod est, sed ratione eius quod concomitatur vel ratione eius quod consequitur. Sic patet quod peccatum manifestum, ex quo consurgit infamia, dicitur vindicta peccati occulti, non ratione ipsius perversionis, sed ratione infamie concomitantis. ut peccatum in quo est manifesta ignorantia dicitur pena peccati superbie. Sic per hoc ... hi modi que vocat apostolus passione ignorantie, pena est ratione ignorantie, non ratione culpe. Et breviter quod peccatum potest dici pena peccati precedentis ratione lesionis quam infert, et sic id dicitur peccatum et pena peccati tamen quod potentiorem peccatum dicitur consequenter. Sed pena peccati causaliter. Sed quantum secundum istum modum non tamen unum peccatum possit dici pena alterius, sed in unum peccatum possit dici pena sui ipsius causaliter, quod peccans se ipsum ledit. et iterum sic ostensum fuit superius. non tamen actio inordinata est culpa, verum etiam ipsa deformitas que remanet in anima, et ipsa anime deformitas non modica est ei pena. Et istius sunt rationes per ostendunt quod actio ordinata mittit et retributionis est in culpa precedente et sequente, et quod ... quia culpe turbatio est alia oppositio cum magis inconveniens magis, quia peccatum sequens non tamen causaliter, sed et consequenter. ut sic loquimur est pena peccati precedentis, et hec dicitur sicut magister dicit. in illo sit prejudicium veritati. Immo hoc est satis planum. nam pena duo dicit, et dicit malum sive damnum, et dicit ordinem ad precedens meritum. et hec duo contingit reperire in sequenti peccato. damnificatio enim et nocumentum est in ipso secundum quod peccatum. ... est peccatum quod nocet, et magnum malum incurrit ... incurrit ... si nichil aliud debet ... [illegible] ordinatur ... in eo sequens hoc ipso ... [illegible] digne est dimitti cadere in aliud ... [illegible] apostolus ut sic dicitur in glossa. Iustum ... [illegible] sordescat adhuc. Concedo ... [illegible] ... potest esse pena ... peccatum expresse dicit ... [illegible] ad illud vero quod opponitur quod omnis pena est laudabilis, dicendum quod illa propositio dupliciter potest intelligi. aut quod laus attribuatur pene secundum id quod est, aut inquantum pena. Si attribuatur pene secundum id quod est, falsa est. multe enim sunt pene que sunt passiones ignorantie, et non sunt laudabiles, sed vituperabiles. Si autem attribuatur pene sub ratione pene, sic est in quantum est precedentis peccati punitiva, sic omnis pena est laudabilis, propter hoc quod est ordinata. Et per eundem modum intelligenda est hec propositio: omnis pena est iusta. Cum enim dicitur quod peccatum sit iustum et sit laudabile, est ibi sophisma secundum accidens. quia procedit a laude ordinis ad laudem deordinabilis. hoc autem non sequitur quia frequenter laus ordinis concernit et ordinabilem, magna ratione cum illud quod est vituperabile ordinatur convenienter et laudabiliter. Ad id quod obicitur quod omnis pena est ordinativa culpe, dicendum quod verum est quod eo modo ordinat quo punit. Et illa que simpliciter est pena et simpliciter punit, est simpliciter ordinativa, et illa que sufficienter punit sufficienter ordinat. que vero est pena secundum quid, sicut peccatum est illud et non punit sufficienter, ordinat solum secundum quid. et verum est illud quod sic quidam ordo laudabilis est. licet manifestum pene intentionalis ad penam culpe. Ita quidam ordo est laudabilis licet minus manifestus peccati subsequentis ad peccatum precedens, et in ordine. laudabilis divina iustitia, que committentem in unum peccatum iusto iudicio permisit labi in aliud. Ad id quod ulterius obicitur quod culpa precedens non est meritum sequentis, dicendum quod est meritum congrui, et est meritum condigni. et est quod culpa precedens est meritum sequentis. hoc non est quia admittum condigni, sed congrui. que quidem congruitas in alia congruitate deficiunt potest recompensari. Sicut enim est congruum quod deus peccatorem permittat labi in aliud peccatum, sic etiam congruum est ut quia male usus est vita sua, auferat eam et in infernum detrudat. sicut etiam congruum est ut dimittat eum cadere in aliud peccatum. Sic etiam congruum est ut si velit abstinere det ei auxilium, ut in malam culpam non corruat. Ad id quod obicitur quod deus non punit bis in idipsum, dicendum quod peccatum sequens non erat pena in qua fieret retributio eius quod meretur quis. Quod ad meritum congrui, non prejudicat ei quod meretur quantum ad meritum condigni. dat enim deus iustis bona in presenti, non propter hoc dat minora in futuro, sicut intellegendum est hic proposito. Ad illud quod ulterius obicitur quod deus non punit sine condignum etc. iam patet responsio. hec enim intelligitur de pena que a deo infligitur proprie. et de ea que secundum se precedens respicit meritum condigni. Verum autem hoc deficit in proposito. nam culpa precedens secundum id quod non est a deo, culpa sequens non ordinat

cū adperdit

tur ad perdens pctm s. ronem odigni. Et s. rones
ogruu. ogruit. n. h ordini diuine iustitie. sic
ostensum e.

Ad q. utr. passiones aie sint pene tm. an
pene sil. et pctm. et q. sunt pene et pctm. uir.
omne id p quo quis meretur mortem etnam e pctm. Sz
p passionibus aie meretur quis mortem etnam. m. v.
Qui irascitur fri suo reus e gehenne ignis. g ira
q e passio aie e culpa et pctm. et alie passiones. Ite.
Itm omne id qd directe repugnat uirtuti e culpa. Sz ira
et inuidia et alie passiones aie repugnat uirtuti. g
et c. Ite ad id q e grauius pctm e culpa. Sz passio
inuidie aie que e dolor de alieno bono e grauior
q de illo uideat ee gaudendo. g et c. Ite illud
maxime tenet rone culpe. qd maxime e ipugna
tiuu gre. Sz inuidencia gre fratne maxime ipu
gnat ipa. l. gram. g ci h sit passio aie et pctm.
ur q passiones aie sunt pctm. Itm ad h ipz
e id. aug. i li. lxxxiii. q. arguit. n. sic. ois
perturbatio e passio. Sz planum e q cupiditas e
culpa. g pctm e passio. et eo dicit g id q pus.
Sz h in oi pctd sic uult aug. in li. de li. ar. regit
libido. Vbi aut regnat libido ibi est iplantatio
uiciorum. g omne pctm e pctm ubi delectat. Sz h
passiones aie ea pungit et amittit. g ur qd
no sint pctm. Ite ois culpa actual e uolunt
Sz iste passiones aie no sunt uoluntarie. g no sunt
culpa. Sz tm culpa. Ite oi culpa uitu
pam. passionibus aut aie no laudamur n uitu
pam. sic uult phs. g passiones aie no sunt
pctm. Ite opposita sunt nata ee in eod gne. Sz
nulla uirtus est passio. cum ois uirtus sit in gne
habitus. g nullum malu siue pctm e passio. Ite
i oi pctd e ouersio ad omutabile bonum. In hmi
aut passionibus aie que sunt inuidia. ira. tristi.
pcti e tedium boni et auersio q ouersio. g tales
passiones aie no sunt culpe. pro dd. q sicut
expsse dicit magr i lra. et pbat ph p auctem
aug. inter sunt passiones aie q sunt no solum
penales. Vm et culpabiles. sicut ira et inuidia
liu. ac hi. pctm passiones pcta sunt. tm pctm i
h passiones. sic id aug. di. th. mlta. omis
aut passio i qntu ipa aliquis patitur. no e
pctm. Sz hi passiones pcti sunt. rone ordi
nationis uoluntatis quiete. vl an. vel ont.
pp q no d e q queda e passio illata ab ex
trinsecus. tc hanc no osistit mi n ux deuitu
n in q auctor respuit ux acceptat. vn a...
px. no e uitorum n i q uolita. e ibo q ...

ditur. vn pr legitur. in talibus passionibus no e meritu.
tum. Sz sufficiencia passionis et alia passio
q ortum ht ab intrinseco. et h dupl pot oriri. qz
queda oritur ex corruptione nature. queda uo
ex ouersione uolutatis. Illa et illa que orit ex cor
ruptione n i duplici dra e. quia n corrupta e
uiciosa corruptione pncipiaz. et corrupta e corrup
tione penali p mortalitate i flicta. Ille g pas
siones q oriunt ex corruptione n. ut est corrup
ta penali corruptione tenet rone pene tm. ut
fames et sitis. ille uo q oriunt ab ipsa ut e cor
rupta corruptione uiciosa. no tm hnt rone pene
Sz et culpe. sic morbide affectiones aie q osur
gunt ex morbo ocupie. et tales sunt passiones
ire et inuidie et h osiles. h aut q hi passiones
aie oriunt ex ouersione uolutatis ad aliqd bonum
amabile. sic p q uolutas ht ouertit dupli passiones
hi sunt in dupli gne. uolutas. n. alii ouertit ad bonu
simp et tuc delectatur. et odit q adulatur illi
bono. ut pote pctm. et h mo passiones inde co
surgentes sunt iuste et meritorie. ouertit et uolunt.
alii ad bonu ppu et ad bonu ut nuc. et tuc passi
ones q inde osurgunt culpabables sunt et male.
sicut et uolutas a q oriunt. Sz no hnt pleniam rone
mali et culpe. n q uolutas osumat. ut pote cum
aliquis uult irasci. ur et uult ostrari. et sic pz
q hi passiones aie pcta sunt. et q oriunt ex cor
ruptione ocupie. et q ortu hnt ex mordiato am
ore uolutatis deliberatiue. Concedende sunt g rones osten
dentes aliqs passiones ee pctm. Ad illud
uo q obi. p in oui. qd libido regnat i oi pctd
dd q uem e q libido de i pba uolutatis. Sz no
os p q libido de imodata delectio. uicho tm p
dia. q et in his pariis reperitur libido v. puis moti
ui. na inuidus delectatur i boi singlaritate. et iu
cundus delectat in ad eptne uindcte. Imo q pl
e. sic uir iustus ex ftitudie uolutatis delectat dole
dolendo de malo culpe. Sic et inuidus qda refec
tione iuuat i dolendo de aliena psperitate. ita qd
delectato e de uno et tristi. e de alio. qd. n. as
du anisr id q mltu dilexit. reheme tristat. et
mag e illi osolato posse tristari. et ibi solu in
uenit quiete in fletu et dolore sicut aug. i. iiij.
qf. d delc. Sic inuidus in dolendo de bono ali
eno i illa passione iuuat qda delectatoe i eo
qd placet s de bono alieno otabescere. illa tam
delectato mltu e respsa amaritudine. Ad iiii
id q obi q passiones sunt iuolu. dd q i uo
dz dup. sic et uolutatu. vno m dz uolutaru. e pn

q. iiii. In talibus peccatur qz et libido in radice uoluntatis et passio i effectu annexo.

q. iiii. q uis i passiones iuolu. tn. p id q ... uolu. q. amore executium.

est voluntarius. Et secundum hunc duplicem modum dupliciter involuntarium. quod non sit involuntarium. uno modo ut dicatur involuntarium quod non est a voluntate efficiente. alio modo ut dicatur involuntarium quod non sit cum voluntate consentiente. primo modo accipiendo involuntarium sic veritatem habet de passionibus que sunt preter intentionem. que corporis primi est ex voluntate. nam cum est primum est in ipso non tamen habet veritatem in passionibus que sunt preter intentionem sicut prius ostensum est. immo possunt esse voluntarie. non solum sic a voluntate consentiente. immo sic a voluntate inordinate. dum diligit ad inordinate. Ad illud quod passionibus non laudamur nec vituperamur. dicendum quod philosophus ibi loquitur de passionibus que sunt ex voluntate et voluntate consentiente. et laudamur plurimum et vituperamur. sicut prius ostensum est. ideo ratio ista non concludit quod hee passiones non sunt peccata. Sed quod peccata non sint nisi eis patiamur. Ad illud quod nulla virtus est passio. iam patet responsio. nam aliquando virtus potest esse cum passiones consistere. sicut patientia et fortitudo. prout ille passiones efficiuntur voluntarie. sic enim in ipso intellectu est esse. non tamen potest dici quod quevis passio non sit virtus nec ex actu voluntatis sibi consentientis. potest tamen aliqua passio procedere ex animo inordinato et corrupto et esse peccatum. nec valet illa ratio. cum ipsa exigatur ad complendum bonum quod ad committendum malum. Ad ultimum iam patet responsio. nam ille passiones oriuntur ex conversione voluntatis ad commutabile bonum. et non peccatum. nunquam enim quis multum aliquid inclinatur nec nimis amaret proprium bonum et ut vult damna. Ita in idem est sese compatie. immo generaliter sic ostendit augustinus in xiiii. de civitate dei. omnes hee passiones oriuntur ex amore.

Consequenter queritur de comparatione culpe ad penam per inseparabilitatem. et circa hoc queruntur duo. primo quid ut contingat in aliquo ponere culpam sine pena subsequente. Secundo queritur utrum contingat in aliquo reperire penam sine merito precedentis culpe.

Circa primum sic proceditur. et queritur utrum contingat in aliquo reperire ponere culpam sine pena subsequente. et quod sic videtur. eccli. v. altissimus est patiens redditor. Sed patiens non statim vindicat iram suam sed usque in tempus expectat. ergo videtur quod deus peccatores non statim puniat. ergo contingit in aliquo esse culpam sine pena. Item promptior est deus ad miserendum quam ad condempnandum. Sed iniuria non habet statim consequentem punitionem. ergo videtur similiter quod culpa non statim habeat iunctam penam. ergo etc. Item pena est. ut dicit augustinus. labor involuntarius. Sed in pluribus peccatoribus in hac vita multa prospera proveniunt. et plures sunt qui adeo in malo letantur quod dolorem

non sentiunt. ergo videtur quod possit esse peccatum absque pena saltem ad tempus. Item si statim peccator cum peccat punitur. aut punitur sufficienter. aut non sufficienter. Si sufficienter. ergo non debet amplius in futuro puniri. Si non sufficienter. ergo aliquid de culpa ad tempus remanet impunitum. Sed qua ratione aliquid remanet impunitum. eadem ratione et totum. ergo videtur quod peccatum possit saltem ad tempus separari a pena. Item multo misericordior et benignior est deus quam sit aliquis homo. Sed ad laudem benignitatis humane spectat ut in illo vindictam iniuria contrahat. ergo multo fortius hoc decet facere deum. ergo videtur quod saltem ad tempus debeat relinquere peccatum impunitum. Sed contra augustinus in primo confessionum. Iussisti domine et sic est. ut pena sua sit sibi omnis inordinatus animus. si ergo ad culpam necessario sequitur animus inordinatus necessario ergo ad culpam sequitur aliqua punitio. Item ubicumque est peccatum ibi est privatio modi speciei ordinis. ubicumque autem hoc est. ibi est dampnificatio. et ubicumque autem dampnificatio est. merito culpe. ibi est punitio. ergo impossibile est culpam esse in aliquo absque pena. Item quicumque inordinate convertitur ad bonum ut nunc. avertitur a bono semper. et quicumque acquirit carnalem delectationem. perdit spiritualem consolationem. Sed perdere spiritualem consolationem ad quam anima nata est. et amittere deum qui est omne bonum anime. hoc est maximum dampnum et penam inferre. ergo videtur quod nunquam peccatum committitur absque pena. Item universum ideo dicitur valde bonum. quia optime ordinatum. Sed in eo quod est optime ordinatum non potest esse ordinis corruptio. nec simpliciter nec secundum quid. Sed peccatum absque pena est inordinatum. ergo impossibile est ad minimum peccatum esse impunitum. Item ad iustitie perfectionem spectat superare iniusticiam. sicut ad sapientie perfectionem spectat vincere maliciam. ut dicitur sapientie. vii. sapientia vincit maliciam. Sed quia sapientia vincit maliciam. impossibile est aliquam maliciam esse quam divina sapientia non statim ordinet et ex inde bonum aliquod eliciat. ergo cum iusticia dei similiter omnino superat iniusticiam. impossibile est aliquam culpam committi. quin statim ad eam non sequatur aliqua pena. Respondeo dicendum quod impossibile est culpam in aliquo esse quin ad ipsam sequatur pena inseparabiliter. et hoc potest sumi ex perfectione divine equitatis et ex pulchritudine universitatis et ex inordinatione culpe. et ex conditione peccantis. nam ex perfectione divine equitatis non sunt ita tante. nam equitas est dicere quod in deo omnino. ut non paciatur decere peccatum

quia hoc est nocumentum ex peccato proveniens. pena dicitur. nullum ... caret nocumento ex se proveniente. unde alium caret pena ... nocumentum ex peccato proveniens. quod effective quod peccatum ... dicitur pena acta vel corruptio boni naturalis et hoc peccatum ... aliud disponit quod fit ab alio meretur ... dicitur pena ... alium caret ad tempus. Sic quod peccatum occidit. statim ... pena exhereditavit. exspectat autem audire penam mortis

quare ut dicit Boetius in consolatione: ordo cuncta complectitur, ut quod de uno cecidit in alium relabatur.

ad mediam est sine ordine iusticie. Si enim modo diuina iusticia superat. Explicata diuisione vniuersitatis in summa: vniuersum enim ex ordine pulchritudinem habet, et talis est illa pulchritudo qualem decuit fieri conditione summe sapientie. et ideo nullo modo fedari potest. ac propter hoc non ad modicum est inclinata ad mordacitatem et in presenti a pena separatum. Ex corruptione culpe [illegible]. Nunquam enim culpa committitur quin modus et species et ordo et actionem voluntatis peruertit. et dum voluntas se vel in actu suo deordinat, seipsam inquinat, et dum inquinat, modo specie et ordine priuat quantum ad habilitatem ad bonum. talis autem priuatio magna est in ipsa anima dampnificatio et lesio. et ideo dicit Augustinus in quodam sermone de innocentibus: nemo potest in istum lucrum sine iusto dampno. Ubi lucrum, ibi dampnum: lucrum in arca, et dampnum in conscientia. tulit vestem et perdidit fidem, acquirit pecuniam et perdit iusticiam. Ex predictis peccantis summitur. quia voluntas rationalis que est causa peccati quia media est inter sensualitatem et synderesim, media etiam est inter deum et alias creaturas. et cum se conuertit ad inferiora, a deo recedit qui summum est. et dum acquirit paruum bonum, amittit magnum bonum. quia dum acquirit bonum ut nunc, amittit bonum simpliciter. et quia erat media, facit seipsam dissimilem. Sed cum peccando concordat cum sensualitate, discordat cum synderesi, et dum cum synderesi discordat, incurrit ex illa repugnantia remorsum, quendam et afflictionem interiorem. et ita dum peccat perdit magnum bonum, perdit honorem, perdit solacium et incurrit remorsum. et sic patet quod ad culpam inseparabiliter sequitur pena, siue dicatur pena quedam dampnificatio, siue dicatur pena afflictio siue inordinata passio. Sed pena que est dampnificatio semper sequitur in actu et habitu, quia numquam est homo in culpa quin semper sit in dampno. afflictio vero siue remorsio sequitur saltem in habitu, quamuis propter delectationem intensam vel inconsideratam siue distractionem aliquando non sentiatur. et ex hoc patet qualiter peccatum claudit in se penam, et qualiter peccatum potest dici pena peccati et causa pene sui ipsius, secundum enim diuersam comparationem voluntatis peccantis ad synderesim et sensualitatem ipsum et habet rationem peccati et habet rationem pene, sicut ostensum est. Ex predictis sic igitur ostenditur quod pena consequitur culpam inseparabiliter. Ad illud ergo quod primo obicitur in contrarium quod altissimus est patiens redditor, dicendum quod duplex est loqui de pena, scilicet quantum ad statum consummationis, et primo modo punitur remediabiliter, secundo irremediabiliter:

penam quia secundum statum inchoationis et remediabilis statim infert deus, quia hoc decet suam iusticiam. secundum statum vero consummationis et irremediabilis differt. hoc enim decet suam benignitatem et patientiam, secundum quod diuicias nos expectat ad penitentiam. Ad secundum quod obicitur quod deus statim non remunerat, dicendum quod sicut in pena magnitudo afflictionis differtur, interior afflictio et remorsio peccatum comitatur, sic et virtutis delectatio multo absconditur bene facientibus, non tamen aliquam primitias ipsi degustant, et cum de bono opere quedam iocunditas conscientie et tranquillitas boni operatoris conceditur, que est sic fructus et remuneratio operis illius. et hoc est quod dicit apostolus: laborantem agricolam oportet primo de fructibus edere. Ad tertium quod obicitur quod pena est passio inordinata et afflictiua, iam patet responsio ex his que dicta sunt, nam ubi est dampnificatio et afflictio, quamuis non semper sentiatur. Ad quartum quod obicitur quod deus punit aut sufficienter, hoc est duplex: aut simpliciter, aut secundum quod competit statui in presenti, quia punit culpa sufficienter. Sed hec non simpliciter, sed prout competit statui presenti, et ideo in tali punitione saluatur debitus ordo. et non potest esse [illegible], sed fit pene accumulatio, si remanet in presenti nec in futuro ad impunitum. Sed totum punit, sed plus et minus secundum quod exigit [illegible]. Ad quintum quod obicitur quod homo benignus totum condonat, dicendum quod non est simile, pro eo quod cum deus sit ipsa iusticia, si propriam offensam dimitteret impunitam, iniuriam faceret ipsi iusticie. Non sic autem est de homine, pro eo quod ipse subtilissimus iudex et respuant omnia punienda. Unde quod ipse dimittit impunitum, alius punire non potest. Non sic autem est de homine qui habet aliud superiorem iudicem, et quod ipse non punit, quia ad deum remittit.

Ad quartum queritur utrum pena sit et in aliquo sine culpa precedente, et quod non uidetur. Primo auctoritate [illegible] sic quasi patimur pena nostra meruimus. Item Augustinus in quadam collatione: nulla eis nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. Ergo si non precessit dominium culpe, uidetur quod nullo modo sequi possit supplicium pene. Item Augustinus [illegible] mors [illegible] a domino deo est. Sed uita ut adornaret, et mors ut animaduerteret. Si ergo mors est ad hoc ut animaduerteret, pari ratione et omnis alia pena. Sed omnis uindicta respicit meritum culpe precedentis. Ergo uidetur quod in nullo sit aliqua pena [illegible]. Item pena que est de se dicit aliquod malum. Dicitur enim malum [illegible] malum culpe et malum pene. Ergo sicut malum culpe dicit priuationem [illegible] boni [illegible] ordinis, ita etiam et malum pene. Ergo sicut malum culpe indiget ordinante, et malum pene. Sed sicut malum culpe ordinatur per sequens malum pene, sic malum pene

sufficienter. dicendum quod punit

Postea

precedens malum culpe. Ergo sicut culpa non potest esse sine pena, sic nec pena sine culpa. Item omnis punitio que est actus divine iustitie. Iustitia autem est que reddit exigentiam meritorum. Nullum autem est meritum pene nisi peccatum. Ergo impossibile est aliquem puniri nisi in eo qui perfecerit maculam peccati. Sed contra Job xvi: Non peccavi et in amaritudinibus moratur oculus meus. Et similiter Job vi: Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, et calamitas quam patior in statera. Quasi arena maris hec gravior appareret. Ergo videtur quod pene que fuerunt in Job non fuerunt merito precedentium peccatorum. Item Joh. ix: Quis peccavit hic aut parentes eius, ut cecus nasceretur? Et dicit: Neque hic peccavit neque parentes eius. Et exponit Augustinus quod hic non dicit quia non peccaverunt, sed quia cecitas non erat pena peccati. Ergo idem quod prius. Item apostolus: non moritur quis nisi semel mori. Et Lazarus non tamen fuit mortuus semel sed bis. Ergo videtur quod mors prima aut secunda fuit ei absque merito peccati inflicta. Item tota die videmus quod impii affligunt iustum. Et de hoc est in propheta conquestio Abacuc i: Quare taces conculcante impio iustiorem se. Sed non esset ista querela prophete si iustus pro peccatis suis puniretur. Ergo videtur quod iniuste pene infligantur que non infliguntur merito peccatorum. Item Christus fuit a Iudeis interfectus, et planum est quod in ipso fuit omnino nullum peccatum, et tamen illa pena fuit, constat hoc. Ergo videtur quod pena possit esse absque culpa precedente. Respondeo dicendum quod malum pene dupliciter potest ordinari: uno modo ad malum culpe quod puniendo ordinat; alio modo in comparatione ad bonum quod deus elicit ex illa pena. Dico ergo quod si aliqua pena infligatur cuius ordinatio principaliter consistit in comparatione ad malum culpe puniendum, necesse est aliquam culpam precessisse, non tamen precessisse sed et aliquo modo concomitari inseparabiliter. Pena enim aut est directe ordinata ad puniendum, aut est ordinata principaliter ad malum excludendum. Primo modo est pena infernalis, secundo modo est pena purgatoria, et primo modo requirit pena presentiam culpe quantum ad deformitatem et maculam. Secundo modo requirit culpe presentiam quantum ad reatum et sequelam. Si vero pena infligatur principaliter propter ordinem quem habet ad bonum quod inde elicitur, aut ergo propter bonum proprium aut propter bonum alienum. Si propter bonum proprium, sic requirit quod in subiecto illo aliquando fuit culpa et quod possit esse in futuro. Si autem propter bonum alienum, sic sufficit pene ut fuit culpa in alio quam in eo qui punitur, in eo videlicet pro quo pena illa sustinetur. Per quem modum fuit in Christo, cuius mors et passio ordinata erat ad redimendum genus humanum, et liberandum et reparandum a lapsu in quem ceciderat ex peccato primi parentis. Et sic

patet quod omnis pena aliquo modo respiciat culpam. Sed quedam ut presentem in se, ut pote pena infernalis; quedam ut preteritam in se, sed presentem in reatu et sequela, sicut pena purgatoria. Quedam vero solum ut preteritam, et hec in eo qui punitur. Et sic est omnis pena nullo Christo excepto. Quedam vero respicit culpam non in se sed in alio, sicut patet in Christo. Cum ergo queritur utrum omnis pena sit causata a culpa, dicendum est quod si intelligatur de causa meritoria de condigno, sic non habet veritatem. Si autem intelligatur de causa sine qua non, sic aliquo modo veritatem habet. Nulla enim esset pena in homine nisi precessisset culpa. Et per hoc patet responsio ad questionem propositam, scilicet quando pena possit esse in aliquo sine culpa precedente, sive quod [illegible] pena possit separari a culpa. Conceditur enim quod sic propter ordinationem quam habet ad bonum potius quod exinde elicitur. Ad illud ergo quod obicitur de Job, dicendum quod Job non accipit in merito pro merito condigno, sed peccavit pro merito congrui. Quod quidem est sic dispositio preambula. Et enim est sic verum est quod nisi fuisset in nobis peccatum originale, in nobis non esset omnino penalitas, vnde esset aliqua afflictio pene. Et quia in Christo fuit, hec fuit solum in [illegible]. Ad primum quod obicitur de Ge[illegible]. Dicendum quod facienda est vis in hoc quod dicit: nulla nocebit adversitas, nam adversitas que non infligitur homini exigente merito precedentis peccati non est ad eius nocumentum, sed potius ad eius profectum. Iuxta illud apostoli: diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ad secundum quod obicitur quod mors est adeo vindicativa [illegible] alie pene, dicendum quod in opere iustitie se multum immiscet opus misericordie, quamvis prima dispositio ad penam fuit vindicative, tamen pene consequuntur ad illam dispositionem, que post sunt beneficia divine misericordie et divine iustitie que sic iustitiam [illegible]. Cum ergo dicitur quod mors est adeo vindicativa, hoc intelligitur de ipsa necessitate moriendi. Sed ex hoc non sequitur quod omnis alia pena sit adeo vindicativa, immo sic tacitum potest esse ad [illegible] que erudit et flagellat omnem filium quem recipit, sic enim competit primum statum. Ad tertium quod obicitur quod pena ordinatur ad culpam, sicut verum est. Dicendum quod non est simile. Culpa [pena] enim habet ordinari sicut verum est duplicatur, non solum ad prius sed et ad posterius. Precipue quantum ad quod habet ordinem habet solum ad posterius videlicet ad penam, et ideo culpa semper dicitur inordinata, et presencialiter assistit pena. Pena vero propter ordinationem ad posterius bonum ordinatum [illegible] esse potest etiam si nulla sit culpa in eo qui punitur illius pene meritoria. Illud enim malum compensatur per maius bonum quod inde elicitur, sicut patet in ceco nato et in Job et in Lazaro et in quibusdam iustis quorum bona [illegible] eliciuntur [illegible]

aciatu. in. iii. d. xv. // ad i q ob ultio ia
pat; pro. q et si punitio sit a diuina iusticia: no
tn principalr e a diuina mia. Sic. n. uult aug. in q
da. s. q fecit de flagellatis psonis. e deus in
cidebat psoni flagella suspendebat inire bnficia.
q corr cu adiusione creatub. Cum vo subthe
bat ipm obduratu sinebat. et p tanto septuies
q cor eius induiabat.

Onsequet q de ypone pene a diuine iusticie
egitate. et hec queruntur duo p q utru
aliq pena sit a deo. Scdo q dato q sic. q uto
omis pena sit ab ipo.

Ueni q vr aliq pena sit a deo. et q nd: iii:
Sap. i. deus morte no fecit. g si mors int
omis penas maxie e maifestatia diuine iusticie
et hec no e a deo. vr g q nulla alia pena sit ab
ipo // It aug sup illu locu. ps. deduc. me
do. i iusti. t. cu punit malos deus: no solum
(suu) malu in eis infert. Sz suis malis eos relinqt.
g vr q nulla pena p id q e a deo sit // It pca
est malu repugnas n. Sz conditor n. nichil
facit q h. Sicut uult au. g vr q nulla pe
na sit a deo // It ois pena inducit puoin
alicui boni. et puo boni dicit boni defcm. defcs
aut no h e cam efficiente. Sz deficiente. Si g
deus nulla e ca deficiens. nullus defcs pot ee ab
eo/ g n pena aliqua // It sic malu culpe
puat bona dispoz n. sicut confuatio uoris. sic
malu pene puat bona dispoz n. Sz ita est
a deo n sic uotas. et i confuatio n. sic confuatio
uoris. Si g mala dispo uotis/ a deo no e p u
rone. n mala dispo n. g sicut no e a deo
culpa. ita n e a deo pena // It sic in deo est
suma bonitas q ad recitudie uoris/ g e iusticia.
sic in deo e suma bonitas. q ad pletioz et pfec
tioz n. Sz deus q sume bonus e. et sume i
tus no pt facere aliqd malu. sm aliq in iusti
cia sine paciy. g p rone cu sit sume bonus
p m/ no potit ab eo egdi malu q sit in com
mitu n. g sicut ab ipo no est malu culpe
sic n malu pene // Sz q ysa. xlv. ego dns
formans luce. et creans tenebras. faciens pace.
et creans malu. Sz hec no intelli de malo culpe.
g necce e q hat uitute de aliquo malo pene
It ex psius deut. xxxii. ego occida. et ego
uiuere facia. puciq. et ego sana. Sz occisio et
paissio e pena g et c. // It adh mag exp
sse. ecc. xi. bona et mala uita et mors. pau
tas et honestas a deo sunt. Sz he sunt pene. g et c.

It adh expssius de nouo. c. in. xxv. Ite male
dca iig. ec. Sz ab illo pncat e pena q dat signaz.
Sz hec e deus g et c. // It aug in li. de li. ar.
deus e auctor mali qd patim. Sz h e malu pe
ne. ut ibide dicit. g aliq pena e a deo // ~~Itez~~
(ua) ~~q ignorancia a e q spual tenebra. ... im~~
~~pura ignorancia e pena. g et c.~~ // It nullu ma
lum e a deo aliq pena e maius ut pote malitia
et culpa. g aliq pena f e/ q no e a deo maior
et minor pse maifeste sunt // It nullm pcm
e a deo. Sz aliq pcm e pena sicut ostdit sufficit
sup et maifeste appet in illa deformitate q remanet
i aia post culpa pptrata. ergo aliq pena e,
q no e a deo // pro ad pdcoz intelligencia e nd
q pena de sui gnali acceptione/ dicit nocu
mtu ordinatu. nocumtu aut opatoz sr. et ad
ipm nocumtu. et ad illud q patitur nocumtu.
et ad id p cui puoin nocumtu illd attribuitur:
et sm ista triplice opatoz/ nom pene h e tripli
(iii) ~~ce acceptatoez. dm de pena cam~~ // It sicut
actus diuine mie e parcere. ita actus diuine iusticie
e punire. g sic pcti remissio. et indulgencia est
a diuina mia. ita pcti punitio e a diuina iusticia.
g aliq pena e a deo tanqm a ca // pro dd q
pena plus d q malu. malu. n. plus import
absencia siue defcm boni. ad dz ee pena vo i
port ordine ad ipm nitu pene. et sil quoz dis
pcm aliq sigt ce ipm puible. qm g ta ordo
q dispo ea dz ee a deo. sicut ap. hic e q ira
bilit concditur. q pena sit a deo. de illa pt illic
que iportat ordine fundatu sup reale dispoz.
et qm dicat aliquo m ordiez pcedete. et culpa
pcedez. n e cex sine n. Sz po exigntis dispone
et ordinate. hic e q et si pena dicat a deo pio m
de qd faciente. Sz a deo uindicante. pcde e g
aliqs penas a deo ee/ sic ostndunt rones a dd in
dte. pco q aliquae pene sit dispoes ipis punibi
lis. et dispoes no qlscq. Sz ordinate sm rigore
diuine iusticie // qd i g q ob in pius q de mor
te n fecit. ia pz re q no negat q mors n sit
a deo uindicante. sz q no fuit a deo ii. institute
te. io deus ea inmat/ q ho ea inuit nito
culpe. // ad illud uo q ob. q deus cu punit
malos no i ft eis malu. dd q au no uult
ibi negare pena infin a deo ee. Sz uult ne
gare q defcus ille qui clauditur in ratione pe
ne. no causatur a deo. cu no d no i ft pena,
sz no i ft malu. malu. n. dicit ipm defcm
sic dcm e. pena aut no tm dic boni defcom.

Quod deus non obedientiam [illegible] possibilitatem [illegible] obedientialem fieri

qescat dupli. ul p se. ul nc. quo uo ultim
caritas e finis bone uolis. na caritas i eatur
deus e ut dz. i. cu. io. deus cas e. e

Apalem. i. uum

Caritas e finis

in quo quiescat simpliciter in deo. caritas vero creata et consummata et potest caritas patrie est finis quo quiescat simpliciter in deo. caritas vero in creata et potest caritas vie est finis quo quiescat in deo ut in re. sicut n. lapis non quiescat in loco nisi in medio ponderis. sic anima in deo non habet quietem que est ut locus et finis ultimus nisi in medio dilectionis que habet conditionem boni sub ratione boni autem sub ratione beatitudinis ratione finis. et ideo amor eius et caritas ... in ratione finis potissime attribuitur caritati. Concedo sunt rationes que hoc ostendunt. ad primum ergo quod obicitur quod finis est finis perpetuus dicendum quod preter non excludit quin caritas sit finis. nam licet ipse sit finis in quo quiescatur. nichilominus caritas potest esse finis quo quiescatur in ipso. rursus caritas per quam est finis in quo quiescatur ... toti creature. non sic possunt hec duo stare quod ipse sit finis et caritas similiter. ad primum quod obicitur quod de caritate preveniatur ad sapientiam. ergo sapientia est excellentior. dicendum quod sicut habetur ibi et sapientia sapientia non dicitur quod donum quod caritas. sed non nisi statum eiusdem donum ... quod caritas communiter accipitur ... distinguitur a caritate ... caritatem debebit esse. sic continet et amorem et sapientiam. et hoc modo ponitur esse finis perpetuus. ad illud quod obicitur quod finis est id quo fruendum est. dicendum quod finis dicitur dupliciter. aut sic obiectum. aut sic dispositio. et utroque modo caritas fruitur. nam caritas quod deus est fruitio sic obiectum. caritas quod ... est fruitio sicut dispositio. et sic patet quod illud non obviat proposito. ad aliud quod obicitur quod voluntas habito fine suo quiescat. dicendum quod illud verum est quando habet finem suum completive. caritas autem et si in via beatificet non tamen complete. ideo non quiescit et quiescit in termino. cum autem habebit in patria. nichil ultra queret. pro eo quod per ea habebit bonum in eternum in quo consistit finis et quies totius omnium nostrorum desideriorum. ad illud quod obicitur quod pondus in corporibus non est finis motus. dicendum quod non similiter. quia pondus reperitur in corporibus tamen in absentia loci debiti quam in presentia. Caritas autem nunquam est in anima nisi deo presente. unde omnis qui habet caritatem habet deum. et per ea deus omnis nostra opera ad habendum deum ordinatur. ordinantur ad habendam caritatem. non sic dependet. quia non quod ... corpus huius pondus habet locum sibi debitum. ad primum quod obicitur quod finis et principium sunt diversa. dicendum aliquid quod differentia ... est principium et finis. nam principium est boni operis sed in inchoatum et finis est per esse consummatum et perfectum. ... bonum operatur ut in eo deus a ... et caritas augeatur. aut potest dici

et probabiliter quod sicut trina modus species et ordo. ... sic id in fundamento et modus dicitur comparatione ad efficientem. et species ad formam. et ordo dicit comparationem ad finem. sic caritas respectu boni operis potest habere rationem efficientis. et finis secundum diversas comparationes. caritas enim continuat voluntatem nostram deo ut ipsius motus et ... format ut regule dirigentis et ... ut fini quietativo. et ideo sicut ipse deus habet rationem efficientis in quantum movet. et formalis in quantum dirigit. et finalis in quantum quietat. sic et ipsa caritas respectu operis rationem habet triplicis cause. ... in deo. quia secundum philosophum tamen genera causarum possunt in unum reddere. et sic patet quod licet caritas sit principium boni operis. non potest esse finis nisi secundum diversas comparationes. et per hoc patet responsio. ad id quod ultimo querebatur. quod caritas dicitur motor et forma et finis. hoc non dicitur secundum diversas comparationes nostre voluntatis ad divinam voluntatem. dicitur et super hoc ... per ... comparationem ad proximos quos nobis ... vinculo caritatis.

Circa quod utrum bone voluntatis sit unus finis. an possint esse plures. et quod unus solus. Deut. vi. diliges deum tuum ex toto corde tuo etc. Glossa. non vult deus sibi amorem partiri aut simul cum ipso aliud diligamus. ergo qui sibi diversos constituunt fines non faciunt quod deus vult. et si non faciunt quod deus vult non habent bonam voluntatem. Item super primum Psalmum. i. ... pro bona voluntate. Glossa. ... ad id quod deum querit non callide dividere. ergo illa voluntas est illa voluntas bona est que non aliud quam deum diligit. ergo illa voluntas est bona que deum querit. Item sicut stat est in ipso ... ultimo, sed primum principium in quo est ... nisi unicum. ergo si finis debet respondere principio ... voluntatis non debet statui nisi finis unus. ergo si quis statuit sibi fines plures non facit quod debet. ergo non est bona. Item qui diversos fines intendit. habet cor suum divisum. sed qui cor suum dividit. non diligit deum ex toto corde. nec in toto corde querit deum. et quod talis est. deo non placet. qui facit se ex toto corde amari. et vult totum cor possidere. ergo non illa voluntas bona voluntas potest esse. que sibi statuit diversos fines. sed contra. i. Cor. ix. ... qui in spe qui arat etc. Glossa. predicator cum corda aperit ut fidem dicit ... in spe ... temporalium. ergo illius voluntas bona non tamen potest sibi ponere sibi spiritualem et temporalem. ergo voluntas bona non tamen possit diversos fines habere. Item Luc. xv. quanti mercenarii in domo patris mei.

dicit ambrosius quod multi sunt mercenarii qui habundant spe fide et caritate. Sed mercenarius statuit contra finem creatum, videlicet aliquam mercedem que est creatura creata. Si enim solum finem increatum constitueret, iam non esset mercenarius sed filius. Ergo si contingit esse bonos mercenarios, contingit bonam voluntatem habere fines diversos. Item bonum additum bono non facit malum bonum. Ergo si unus bonus finis facit voluntatem bonam, ergo multo fortius multi boni fines. Constat quod tanto voluntas melior sit quanto plures statuit bonos fines. Ergo non est necesse quod bonitas voluntatis habeat unum solum finem. Item sicut concupiscibilis appetit dulcedinem, ita irascibilis appetit celsitudinem et rationalis appetit pulcritudinem. Si ergo pulcritudo non tantum est finis non tantum est rationalis, sed et perfectio sic de aliis. Et plurium perfectibilium plures sunt perfectiones, cum in nobis sint potentie diverse quibus sursum contuitum, videlicet concupiscibilis et irascibilis, quod moti bona actione, videtur assignare diversos fines. Respondeo dicendum quod bone voluntatis unus solus est finis principalis. Propter quod intelligendum quod plures fines statuere hoc potest esse dupliciter. Uno modo ita quod finis sit sub fine et propter finem. Alio modo ita quod unus sit finis principalis, alter non principalis, ita tamen quod finis non principalis non refertur ad principalem actu aliter. Tertio modo ita quod uterque sit finis principalis. Exemplum cuius assignari potest in eo qui frequentat ecclesiam. Videlicet aliquis vadit ad ecclesiam ad percipiendas distributiones. Hoc enim potest facere tripliciter, aut ita quod principaliter intendat honorem et gloriam dei, cum vadit ibi decantare laudes, et similiter cum hoc intendit obtinere pecuniam ut pauperibus distribuat vel in alios usus licitos ad honorem dei convertat. Alio modo potest aliquis ire ad ecclesiam intendens deo placere et similiter cum hoc pecuniam accipere, ita tamen quod eius acquisitionem ad deum non refert, nec tamen ipsam pecuniam statuit finem principalem, pro eo quod ipsam non diligit propter se. Tertio modo vadit quis ad ecclesiam duplicata intentione, ita quod vult deo placere et vult obtinere pecuniam quod sicut avarus appetit acquirere ut possit thesaurum suum ampliare et in ea delectari propter se. Primo modo statuere diversos fines est bonum et meritorium et pertinet ad bonam voluntatem. Secundo modo statuere diversos fines non est bone voluntatis, loquendo de simpliciter. At tamen non sic repugnat quin possit cum ea stare. Est enim ibi peccatum veniale non mortale, et hoc vult dicere Augustinus illo verbo: minus te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. Tertio vero modo statuere diversos fines non est bone voluntatis, immo

contra bonam voluntatem. Talis enim vult duobus dominis servire, et hoc impossibile est, Matthei vi dicitur. Qui enim sic principaliter duos intendit fines efficitur [illegible] ingratitudinem est [illegible] ita ut alter decedat et illum sustinere opus non potest, et talis est voluntas [illegible] quibus ve dampnationis [illegible] comminatur scriptura, pro eo quod terra ingreditur duabus viis. Et ideo dicitur Ecclesiastici ii: ve peccatori terram ingredienti duabus viis [illegible] corde. Quia enim accidit in corde [illegible] est, et quia gaudium perfecte ad illam pertineat, ideo dicitur Osee x: divisum est cor eorum, nunc interibunt. Sic ergo ex dictis colligitur quod bone voluntatis plures possunt esse fines, ita quod unus finis sit principalis et alter non principalis sive finis sub fine. Plures autem constituere fines principales bone voluntati repugnat, sicut ostendunt rationes que ad primam partem inducuntur. Cum enim unum solum sit summum bonum quod quietat humanum desiderium, necesse est quod voluntas bona ad hoc quod recta sit statuat sibi finem unicum. Ad primum ergo quod obicitur in contrarium quod [illegible] dicitur spe caritatis, dicendum quod ipsa glossa illam obiectionem dissolvit dum se ipsam manifeste insequitur. Facit enim [illegible] in hoc quod dicit in spe non in spem, nam propter dicere finem principalem. In vero non tamen dicit finem principalem, immo finem qui continet in se finem. Et ideo ex illo verbo non sequitur quod aliquis possit plures fines principales statuere, immo si recte intelligatur probat contrarium. Ad illud quod obicitur quod mercenarius statuit contra finem creatum, dicendum est quod bonus mercenarius et malus mercenarius in duobus differunt a bono. Primo quod malus mercenarius statuit sibi finem creatum quo habito non necesse habet deus. Bonus vero mercenarius statuit sibi finem creatum quod habere non est absque habere deum, sicut ipsam fruitionem dei. Secundo differt in hoc quod malus mercenarius statuit sibi finem creatum tamquam finem [illegible] fine. Non enim amat [illegible] propter fruitionem, sed fruitionem propter deum. Et ideo ex hoc non habetur quod finis bone voluntatis plurificetur. Ad illud quod obicitur quod bonum additum bono facit maius bonum, dicendum quod illud verum est quando additio boni ad bonum fit salvo ordine. Cum enim bonitas necessario ponit ordinem, si additio boni ad bonum tollat ordinem, bonum non auget sed potius perimit. Quia ergo pluralitas finium principalium ordinem non servat [illegible] perversum ordinem statuit [illegible] in uno et in alio [illegible] hinc est quod pluralitas finium principalium ordinem non servat [illegible] statuit [illegible] et bonitatem voluntatis non augmentat, sed perimit

Finis ultimi celsitudo [illegible] excellentiam [illegible]

[illegible]

ipsam voluntatem

ipsam voluntatem depravat. quia dum vult placere uni, displicet alteri. et dum vult assequi unum, perdit reliquum. // Ad primum quod obicitur quod voluntas appetit suam plenitudinem et concupiscit dulcedinem etc. Dicendum quod plenitudo et excelsitudo potest dupliciter accipi: vel prout est passiva et in fortitudine virtutis animae, aut prout est ipsius animae motiva. Primo modo tenet rationem finis ubi finitur, et sic plurificari potest secundum diversitatem potentiarum animae. Secundo modo prout scilicet tenet rationem obiecti et motivi, sic unitatem habet. Nam in deo idem est plenitudo, celsitudo et dulcedo, et sic tenet rationem finis principalis. Et sic patet quod quamvis plures fines non principales contingat constituere, tamen ad hoc quod voluntas sit bona, necesse est unum solum finem esse principalem. Nam aliter non diligitur deus ex toto corde.

Tertio quaeritur utrum malae voluntates habeant unicum finem. Et quod sic videtur. Augustinus super illum locum Psalmi: scrutans corda etc.: finis curae et cogitationis humanae est delectatio, ad quam quisque nititur pervenire. Si ergo omnis voluntas male finaliter quaerit delectationem, videtur quod omnium voluntatum malarum sit unum finem assignare. // Item malarum voluntatum est unus malus exitus sive terminus, sicut dicitur Ro. vi: Quorum finis mors est. Ergo si contingat esse unum terminum, ratione videtur quod contingat esse unum finem ultimum. // Item quae conveniunt in principio, conveniunt et in fine ultimo. Sed omnes malae voluntates conveniunt in principio, sicut dicit Augustinus in libro de civitate dei xiv: planum est in quo initio omnis malefici genus nihil aliud quam libidinem dominari. Si ergo conveniunt in uno principio, ut patet in libidine, videtur pari ratione quod conveniunt in uno fine. // Item vitia imitantur virtutes, secundum Augustinum contra Iulianum: sicut virtus numquam quiescat citra beatitudinem veram, sic vitium inquirit beatitudinem simulatam. Ergo sicut omnes virtutes faciunt tendere voluntatem ad unum finem, scilicet beatitudinem, sic videtur quod omnia vitia faciant tendere voluntatem ad unum finem, scilicet qui habet similitudinem cum vero fine. // Sed contra: diversitas voluntatum sumitur secundum delectationes, et quae sunt delectationes, talia sunt fines; sed diversae sunt delectationes, et multae faciunt voluntates contrarias repugnare. Ergo faciunt diversos fines habere. // Item mala voluntas ponit finem in creatura. Sed impossibile est quod in una creatura inveniat nostra voluntas sufficientiam; nihil enim sufficit voluntati humanae nisi sola trinitas. Si ergo voluntas non quiescit nisi in eo fine in quo ponit sufficientiam, videtur necesse quod voluntas mala diversos sibi fines constituat. // Item malae voluntatis appetitus ortum et radicem habet ex libidine. Sed libido est quo quis amat bonum privatum. Si ergo bonum privatum necesse diversificatur in diversis, necesse est diversarum voluntatum diversos fines reperiri. // Item unitas et conformitas voluntatum bonarum veniunt ex unitate amoris in quo uniuntur et colligantur. Si ergo amor in quo diversi colligantur et uniuntur unicus debet habere radicem in [illegible] repertam, cum hoc non competat amori libidinis, sed solum amori caritatis, qui est amor [illegible], videtur quod malarum voluntatum non sit finis unicus sed diversi.

Respondeo. Dicendum quod ratio est in bonis voluntatibus et in malis. Nam bonarum voluntatum unicus est finis; sed bonae voluntates sunt diversae diversitate materiali sive diversitate formali. Diversitate autem materiali, quod ipsum plures homines in eodem genere actionis afficiantur circa aliquid; diversitate autem formali, quod idem homo diversis habitibus virtutum afficiatur circa diversa. Sive enim sic sive sic, licet contingat plures fines proximos et proprios assignare, tamen finem ultimum et principalem necesse est esse unicum, videlicet ipsum deum. Et ratio huius est ex parte amoris moventis et ex parte appetitus quietantis. Quia enim amor caritatis liberalis est et non quaerit quae sua sunt, sed bonum commune, hinc est quod plures homines ex caritate moti idem bonum appetunt finaliter. Rursus quia appetitus dirigitur in completissimum, in quo non solum contingit reperire bonum perfectum, sed et omne bonum, hinc est quod omnes voluntates quantumcumque diversae inveniunt finem suum in quo quietantur et in quo finaliter [illegible] propter rectificationem amoris et appetitus. Propter rectificationem enim amoris libidinosi voluntates non solum in diversis sed etiam in eodem diversos habent fines, quia amor libidinosus semper quaerit quae sua sunt et quaerit semper bonum privatum. Ideo et si multi ex amore libidinoso conveniant in actu vitioso, unusquisque quaerit finem suum privatum, ut patet in adulterio et meretrice: quia iste quaerit delectationem et illa quaerit nummum. Propter imperfectionem et appetitus necesse est diversas voluntates sortiri diversitatem et habere diversos fines, quia enim luxuria appetit iocunditatem, et avaritia sufficientiam, et superbia excellentiam, et haec omnia non contingit reperire in eandem rem creatam, sed esse diversas, hinc est quod voluntates malae diversificatae sortiuntur non unum sed diversos fines constituunt. Unde concedendae sunt rationes quae hoc [illegible].

// Ad primum quod primo obicitur quod delectatio est finis curae et cogitationis humanae, dicendum quod in verbo illo est figura dictionis propter hoc quod non eadem delectatio est finis curae et cogitationis humanae. Sed diversa, unde stat ibi delectatio in sua generalitate, et imaginem habet in suppositione simplici quod plures. Et non cum per delectationem descendit ad finis unitatem, fit ibi multiplicatio secundum figuram dictionis ex commutatione suppositionis. // Ad [illegible] quod obicitur quod malarum voluntatum est unus malus exitus, ergo et unus malus finis. Dicendum quod non est simile, nam malae voluntates differunt in conversione, sed conveniunt in aversione, et malus exitus principaliter respicit aversionem, sed conversionem finis ut movens

Voluntatis motivum quod conducit [illegible] ... movens movet: superbia, avaritia, luxuria
volendi modum [illegible] mala vult [illegible] bonum [illegible] fine
voluntatis defectum [illegible] caro [illegible] refectionem [illegible]

principali respiciat conversionem quam aversionem. ideo
non sequitur quod cum finis sit unus exitus quo
ad mortem dampnatorum, quod propter hoc sit unus finis
motivus et adquirere delectationis. Ad illud quod obicitur
quod male voluntates conveniunt in ipsis videlicet in libidi
ne, dicendum quod in principio non conveniunt nisi per quamdam conformi
tatem. nam alia est libido in uno et alia in alio,
et ideo non sequitur ex hoc quod conveniant in fine unitatis. at
tamen et si in principio conveniunt, non propter hoc necesse est quod
conveniant in termino. nam malum semper procedit in dispersio
nem, bonum vero semper redit ad unitatem. quanto
enim ad magis colligitur tanto magis vigora
tur et est perfectius. quanto vero magis dispergitur
tanto magis recedit a perfectione et complemento.
et ideo dicit philosophus quod malum est multipliciter et
bonum uno modo. Ad illud quod obicitur quod vici
um imitatur virtutem, dicendum quod et si imita
tur, quod plus habet de dissimilitudine quam de similitu
dine. magis enim virtuti contrariatur quam ei con
formetur. et ideo potius inferri potest quod male vo
luntates habent fines diversos. Si bone habent
unicum quod ... quia enim in hoc consistit perfectio vir
tutis, vicium magis in hac civitate deficit,
quam eam imitari possit. et sic patet quod malarum vo
luntatum non est unus finis sed diversi.

Consequenter queritur de secundo principali, videlicet de differentia
intentionis et motivi. Et circa hoc queruntur duo.
Primo queritur utrum intentio sit in solis rationalibus.
Secundo queritur utrum intentio, prout est ratione, dicat aliquid ex
parte intellectus vel ex parte affectus.

Circa primum sic proceditur, et queritur utrum intentio sit
in solum hiis que participant rationem. et quod sic
videtur. sic dicit Glossa super illud Luc. XI. videte
ne lumen &c. Glossa: lumen autem est intentio. sed
[...] intentio non est lumen corporale sed spiritu
[...] lumen spirituale est in solis substantiis
[...] que natura sua illuminari aliqua luce
et hec sunt sole creature rationales. ergo videtur quod inten
tio sit in solis rationalibus. Item intentio est vis
collativa, qui enim intendit, ex uno in aliud ten
dit et primum comparat alteri. sed talis vis collativa
reperitur in solis rationalibus. videtur quod in eis so
lis reperiatur intentio. Item intentio est illud
per quod anima immediatius iungitur ultimo fini.
sed in eis sola est reperire intentionem que habent potentiam
mediate qua deum possunt capere et ei uniri. sed
talia sunt sola rationalia. quoniam ipsa sola sunt ad
ymaginem dei. ergo videtur quod in his solis [...]
intentionem reperiri. Item intentio est [...]

in alia domini ipsa dicitur esse apud nimium racionalium.
sed illa in quibus convenit est in irrationabilibus creaturis
sive infima et carent ratione. ergo videtur quod in nulla alia
creatura a rationali contingat intentionem reperiri.
Sed contra omne quod operatur per intentionem est reperi
re intentionem. sed sicut dicit philosophus natura est operans
intentione. ~~ergo videtur quod in natura illa est intentione~~
ergo videtur quod in illa est intentionem reperire et ponere.
Item omne illud quod movetur ad aliquod et eo obtento
quiescit, est movebatur quod intendebat. sed
enim quod intendit non movetur ad eius absentiam
vel quiescit ad eius presentiam. sed talis res inveniuntur in
hiis, ut patet cum lapis movetur deorsum.
videtur quod intentio non tantum sit in rationabilibus sed in irrationabi
libus. Item omne quod facit aliquid opus
ordinatum ad finem ab alio diversum operatur per inten
tionem. sed nature irrationales sunt huiusmodi, sicut patet
in aranea que facit telam ad capiendas muscas.
ergo videtur &c. Item intentio est regula appetitus
ergo si non est ponere aliquid in universo privatum re
gimine et ordine, cum ergo quod ubi est ponere appeti
tum est ponere intentionem. sed appetitus non solum
est in substantiis rationalibus sed in infimis. ergo &c.

Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod circa hanc
questionem duplex est modus dicendi. quidam ad presens di
cunt. Unus est ut distinguamus in modo
operandi per intentionem, scilicet propriam et alienam.
Uno enim satis rationabiliter posse dici quod creata sunt
que moventur per intentionem alienam. per intentionem
propriam moventur illa que finem precognoscunt et
opponunt suam ad finem, conferunt et conferunt per inten
tionem alienam movent illa que inter se non habent
proprium discretionem, reguntur tamen et diriguntur ab eo
cui discernit. sic sagitta ab arcu emissa mo
veri potest dici per intentionem, non tamen arcus vel
sagitte sed sagittantis. per hunc quidem modum
satis rationabiliter potest dici quod omnes res naturales per inten
tionem divinam moventur, pro eo quod moventur sicut deus
instituit et sicut gubernat et regit. ipse enim
in eis operatur est principalis motor. et per hunc modum
dicendi intentio proprie reperitur in solis substantiis rationalibus
sed intentio per aliquem modum dicendi per intentionem operari
dicuntur. Sed quamvis iste modus dicendi
rationabilis sit et veritatem dicat, non videtur sufficia
enter dicere. est dicere quod natura ideo dicitur operari per inten
tionem non rationem proprie intentionis, sed rationem inten
tionis aliene, quia non dicit sufficientem causam. sic
signat intentionem alienam tamen. sic hoc enim casua
lia et fortuita cum non fiant preter divinam intentionem

non deberent dici secundum proprietatem intentionem. Respondeo dicendum quod in illa appetitum habent medium quo tendunt ab uno in alterum. et unaquaeque res habet vim suam regitivam mediante qua ad finem proprium inclinatur. unde quod illa non tantum habent moveri [illegible] extrinseca et aliena. Sed in quod moveant intentionem propria et intrinseca. Et propterea est alius modus dicendi quia sicut triplex est appetitus. videlicet naturalis, sensualis sive animalis et rationalis. et quilibet istorum appetituum habet suum regimen. non ab se [illegible] regimen cuilibet istorum tamen applicat intentionem maxime tamen proprie intentio vocatur regimen appetitus rationalis. et ratio huius est quia ad regimen eius tamen appetit vel plus spectat dirigere quam dirigi. ad dirigendum vero appetitus rationalis proprie spectat regere. dirigendum vero appetitus brutalis quodammodo medium tenet. et hoc est quod illa movet quadam necessitate rationalis vero mera libertate. bruta vero moventur quadam imperfectione quae est infra libertatem et supra necessitatem. non enim possent se omnino reprimere. et tamen possunt ad oppositas partes tendere. sicut patet secundum Damascenum opinionis reperitur in comparabilibus proprie. in sensualibus minus proprie. in naturalibus improprie. hic est intentio. et si ex his patet responsio ad quaestionem propositam. et ad rationes ad utramque partem. vel in tertio proprie accepta secundum quod dicitur [illegible] surgere quod est collatio et tendentia in consequendo esse autem supremum et ideo hic non in solis rationalibus reperitur sicut ille rationes ostendunt. intentio vero prout dicit tendentiam et directionem appetitus ad aliquem finem vel finem consequendum non tantum non est in rationalibus immo et in brutis sicut aliae rationes ad aliam partem ostendunt. et sic patet quod utraeque conclusiones veram concludunt et proprie concedendae sunt.

[Secun]do quaeritur de intentione secundum quod reperitur in rationalibus utrum se teneat ex parte intellectus vel ex parte affectus. et quod ex parte affectus videtur. Ad [illegible] ut oculus sit simplex duo sunt necessaria videlicet caritas in intentione et veritas in electione. Sed caritas non est nisi in voluntate. ergo si caritas est in intentione, intentio se tenet ex parte voluntatis. Item Augustinus dicit [illegible]. Intentio est qua sic ad finem pervenire volo. sed nemo vult pervenire ad finem nisi per voluntatem. ergo intentio est ex parte voluntatis. Item intentio iungit cum ipso fine. sed voluntas non tantum dicit appetitum eorum quae sunt ad finem immo et ipsius finis sicut vult philosophus. Si ergo illud quod principaliter iungit cum fine est intentio et hoc ipsum est voluntas videtur quod intentio sit voluntas. Item nihil principaliter residet penes intentionem. sed illud penes quod principaliter residet [illegible] et dominium est ipsa voluntas. ergo videtur quod intentio se teneat ex parte voluntatis sive affectionis.

Sed contra. Matthaei VI. si oculus tuus fuerit simplex etc. in glossa exponit ut per oculum intelligatur intentio. Sed oculus animae non est affectus sed intellectus. videtur quod intentio non se teneat ex parte affectus. sed magis ex parte intellectus. Item super illud Matthaei VI. Videte ne lumen quod in nobis est. glossa. Intentio qua bonum operamur facimus lumen est. sed lumen se tenet ex parte cognitionis ergo etc. Item intentionis est referre opus suum vel [illegible] in finem. sed eius est referre cuius est conferre. et [illegible] est ex parte ipsius rationis ergo et intentio. Item sicut voluntas numquam vult aliquid volitum nisi illud precognoscatur a ratione. sic numquam appetit finem nisi ratio vel affectus rationis [illegible] quae finem illum ostendat. Si ergo intentio est illa quae finem monstrat videtur quod intentio ex parte rationis se teneat. Si forte tu dicas quod se tenet ex parte rationis et voluntatis simul. contra. Intentio dicit actum unum. ergo est unius potentiae. ergo non potest esse voluntatis et rationis simul et semel. Item si intentio se tenet ex parte rationis et voluntatis. aut ergo sicut potentia. aut sicut passio. aut sicut habitus. Sicut potentia non videtur quia cum voluntas et ratio non sint una potentia. et ita in uno homine [illegible] unius finis sicut una intentio nomine intentionis non potest intelligi potentia. propter hoc nec habitus quia non est unus habitus in duabus potentiis. quod nec passio constat quia passionibus [illegible] nec [illegible] esse in intentione autem est meritum et demeritum [illegible] quod intentio similiter spectet ad rationem et voluntatem. Item [illegible] spectat ad rationem et voluntatem [illegible] principaliter videtur se tenere ex parte rationis. propter hoc glossae dicunt quod intentio est lumen et oculus. quod proprie est [illegible] rationis proprie. Quod autem principaliter se teneat ex parte voluntatis [illegible] quod intentio principaliter respicit finem et potentia in nobis quae principaliter respicit finem voluntas est cum bonum et finis sint idem. ergo si non potest esse ex parte utriusque videtur quod non consistat in utraque potentia scilicet ratione et voluntate. Item intentio non se extendit ad plus quam sunt superius. sed intelligentia est in multis aliis quam intentio. unde dicunt [illegible] intelligentia est primus motus quae non est ad intelligentiam intentio dicitur. Si ergo intelligentia non se extendit ad [illegible] et voluntatem. Sed tantum consistit in ratione [illegible] ut quod similiter in intentione. Responsio ad praedictorum intelligentiam est notandum quod sicut [illegible] rei producimur per considerationem vocabulorum qui enim prima vocabula imposuerunt proprietates rerum potissime consideraverunt et iuxta illas vocabula

posuerunt. Si ergo uerbum attendere hoc uerbum in
tendere compositum est ab in et tendere. hoc autem propositio
in. dupliciter potest importare habitudinem. eam quam potest
hic uerbo tendere. aut sicut ad obiectum. aut si
cut ad finem ultimum. et primo modo hoc quod est inten
dere significat solam conversionem potentie super obiectum. Secundo uero in
non tantum modo significat conversionem. immo significat et hoc
quandam collationem et quasi uicinam concertationem. et propter ista
dupliciter acceptationem. hoc uerbum intendere diversa
habet constructiones. differenter enim dicitur. intendo in hoc. et in
tendo hoc. cum enim dico hoc. intendo in hoc. intendere
dicitur conversionem potentie ad aliquid tamquam ad obiectum.
Cum uero dico intendo hoc. intendere dicit conversionem
potentie ad aliquid tamquam ad finem ultimum quem intendit
assequi et cui uult copulari. et ideo in ipsa accep
tatione huius uerbi intendere. inter ipsum et suum casua
le. cadit propositio media. ut per hoc sufficienter dis
tincta conversio potentie ad illud tamquam ad obiectum. super
comparationem altam uero significationem non cadit propositio
media. propter quod per hoc uerbum tendere de se dicitur
inclinationem et ordinationem ad aliquid. Et propositio in.
super uicinam super hoc addit concertationem. Unde sensus
est. intendo beatitudinem. et propter eam non omnis exclusus
addi propositionem. et propter istum ultimum modum accipien
di. est hic primo de intentione. Et quoniam illud
uocabulum duo importat. uidelicet quandam collati
onem. et preter hoc quandam conversionem cum collatione.
et quandam tendentiam cum concertatione. et unum istorum est
rationis et alterum uoluntatis. hinc est quod in uocabulo intentionis
clauditur simul actus rationis et uoluntatis. quamuis enim
sit unum uocabulum. tamen pro eo quod compositum sic implicat
duorum potentiarum actus coniunctos ad unum perficiendum.
... non possunt facere actus unius sine actu alterius
Et ... concurrendo. quamuis uideatur importare
unicum actum tamen duos includit. nam consensus
non est aliud quam concordia uoluntatis simul
et rationis ad unum aliquid faciendum. unius ut ar
bitrantis et iudicantis. alterius ut preoptantis. et
propterea sic eum nominat. et recipiat ipsum liberum ar
bitrium. quod quidem simul consistit ex uoluntate et ra
tione. sicut supra fuit ostensum. Unde sicut tota dispositio
familie pendet ex consensu patris familias. et
matris familias. sic tota dispositio agendorum in domo anime
pendet ex consensu uoluntatis et rationis. et sicut pendet
dispositio et regimen exercitus. ... ex directo et obliquo
... ex intentione. sicut enim ad ... motum progressiuum
concurrit simul ... uisus ostendentis uiam et corporis
pedis incedentis. sic in actu intendendi clau
ditur simul actus rationis et uoluntatis simul ut

aspicientis altius. ut tendentis. et quia ista ac
tus coniuncti sunt ideo per unum uocabulum compositum in
portantur. ex his patet responsio ad questionem propositam. et ad
rationes ad utramque partem. concedendum est enim quod intentio
nominat ad expresse uoluntatis. sicut rationes ad partem
concludunt. dicendum est tamen quod in intentione nominatur aliquid
expresse rationis. rationes autem dicte et ordines et lumen sicut
ostendunt alie rationes. et quod ad hoc duo intenta
diguntur habitudines fidei et caritatis. fides clarificans oculum intellectus
et caritas rectificans pedem affectus. ad illud ergo quod obicitur
quod non possit esse simul in ratione et uoluntate. quia intentio
dicitur dicat unicam actum dicendum quod falsum est. immo impor
tat plures actus sicut consensus ut ostensum est.
ad illud uero quod queritur utrum sit sicut potentia sicut passio
uel sicut habitus. dicendum quod et si intentio aliquando dicat ipsum
potentiam intendentis aliquando dicat ipsum habitus per quem inten
dit aliquando dicatur actus intendendi. cum ipsum
intentionis ... tamen intentionis proprium est ipse
actus. nichilominus tamen in aliis acceptionibus contingit aliquando
reperiri. nam cum dicitur quod intentio est oculus accipit in
tentionem pro potentia. cum dicitur intendo est lumen. accipit in
tentionem pro habitu dirigente. cum uero dicitur quod intentio est
ipse finis. sic dicit magister in littera. accipit inten
tionem pro intento. cum uero dicitur quod intentio est recta. quod
est obliqua. accipit intentionem pro actu. cum ergo dicit philosophus
quod omne quod est in anima est potentia uel passio uel habitus.
dicendum quod philosophus sub habitibus comprehendit actus. uel
loquitur de hiis que sunt in anima per modum quietis. non per modum
fluentis. talia enim possunt dici esse ab anima quam in anima et sic
patet quod intentio potest esse actus. potest esse habitus.
et potentia. et sic non nominat unum actum simpliciter. sed
plures. sicut non nominat unicam habitum sed unam poten
tiam. sicut uirtus ... illa est una intentio. quod unica potentia.
uel unius habitus. quia hoc est unum ... plurium
sicut supra dictum fuit de libertate arbitrii et sicut est
in nomine concordie et consensus. ad illud quod queritur quod magis
sit principale. dicendum quod et diuersa est principalius est
in cognitione. et principalius in motione. nam quantum ad ...
principaliter se tenet ex parte cognitionis. quantum uero ad ten
dentiam principalem se tenet ex parte affectionis. et ideo
non est inconueniens. ad illud quod obicitur quod intentio est
in fine ad intelligentiam. dicendum quod damascenus loquitur de intentione
pro alia acceptione. scilicet prout dicit conversionem ipsius
uirtutis intellectiue ad aliquod obiectum determinatum. pro quo
modo dicitur intuitu intendere. quia illud aspicere uel con
siderare. et tali modo accipitur frequenter hec in scrip
tura. Unde actuum iii. dicitur quod claudus qui stabat
ad portam templi intendebat in eos. scilicet in
petrum et iohannem. et propter hoc de intuitu in ...

...

Respondeo. Intentio prout nominat motum tendendi ab uno in alterum tamquam in finem ... Ad
hoc autem motum duo requiruntur. scilicet consideratio finis et eius complacentia. primum ad rationem, secundum
... ad uoluntatem. Importat ergo intentio actum utriusque potentie. et actum uoluntatis mouentis.
Unde non nominat actum unicum simplicem. sed ex duobus compositum. est tamen complementum actus uoluntatis.
complete uero actum uoluntatis. sed actum rationis. ... ordinatur ... oculus ... intellectum.

collatio

c. l. xx.

Ad p[re]dicta sunt q[uesti]ones [et] l[itter]am. [et] p[rim]o q[uia] d[icitu]r q[uo]d
vo[luntatis] ex fine suo cogno[scitur] an sit recta an p[er]versa. fi
nis a[utem] vo[luntatis] est b[ea]titudo. Sed b[ea]titudo est bonum nob[is]
in[cognitum] ignotum. Unde hoc est id q[uo]d n[ec] oc[ulu]s vidit
nec auris audivit [et]c. E[rgo] si sit ignotum n[on] pos
sum[us] ad cognoscere utrum voluntas n[ost]ra possit co
gnoscendo sit bona vel p[er]versa ex illo fine. It[em]
fi[ni]s e[st] n[o]b[is] q[ui] e[st] p[rae]sens nobis ip[s]is q[uam] q[ui] e[st] absens.
Sed vo[luntas] n[ost]ra e[st] nob[is] p[rae]sens. b[ea]titudo e[st] absens. si
e[rgo] no[n] cognoscim[us] p[rae]sentia p[er] absentia. Sed mag[is]
e[st] i[n]v[eni]r[e] q[uod] p[er] b[ea]titudine[m] no[n] fiat cognitio b[onitat]is
i[n] vo[lunta]te. // P[ro]p[ter]ea d[icen]d[um] q[uod] cog[ni]tio b[ea]titudinis dupl[e]x
e[st]. videl[icet] i[n] v[ni]v[ersa]li [et] i[n] p[ar]ti[cu]l[ar]i. cognitio b[ea]titudi[ni]s i[n] v[ni]v[ersa]li
o[mn]ib[us] e[st] i[n]nata. cognitio v[ero] i[n] sp[eci]al[i] videl[icet] v[bi] sit b[ea]ti
tudo ponenda h[ab]et a nob[is] p[er] h[ab]itum fidei aliq[ua]n[do] [et]
aliquo mo[do] exp[er]i[men]t[alit]e[r] q[ua]nda[m] p[er] d[e]i fr[ui]c[ionem] gl[ori]e. Nu[n]c
e[n]i[m] cognoscim[us] q[uasi] speculando [et] in enigmatis [et]
semiplene. t[un]c a[utem] cognoscem[us] experiendo p[er]f[e]c[t]e. l[ice]t
a[utem] t[unc] no[n] cognoscam[us] ita p[er]f[e]c[t]e cognoscimus
t[ame]n c[er]titudi[n]ali[te]r c[er]titu[din]e fidei q[uo]d b[ea]titudo e[st] ma[xi]mu[m]
[et] v[er]o bonu[m]. de vo[lunta]te n[ost]ra ut[rum] sit recta vel p[er]v[er]sa nos
nescim[us] n[on] p[er] c[er]titudine[m]. [et] id[e]o sic ce[r]tu[m] e[st] id v[e]n[i]endi
i[n] c[ogn]it[ion]e[m] dubi[a]. sic cog[ni]tio b[ea]titudi[ni]s f[ac]it ve
nire in cognitione[m] boni vo[luntatis] du[m] quis videt
vo[lunta]te[m] sua[m] ad b[ea]titudine[m] tende[re]. // Ad [secundu]m o[biectu]m q[uo]d
b[ea]titudo nob[is] ignota e[st] na[tura] p[atet]. v[nde] e[st] n[on]. q[uia] n[on] e[st] n[o]b[is]
nota p[er] experientia[m]. e[st] t[ame]n nob[is] nota p[er] fid[em] // ad
i[d] q[uo]d ob[iicitur] q[uo]d [re]ctitudo vo[luntatis] e[st] n[o]b[is] p[rae]sens. d[icen]d[um] q[uo]d
sic i[n] p[rae]sentib[us] fuit o[ste]nsu[m]. l[ice]t ca[rita]tis [et] gr[ati]a sit nob[is]
p[rae]sentia. sunt t[ame]n nob[is] ignota i[n] c[er]titudine c[er]ta. [et]
q[uo]d de eis nulla p[ro]b[ati]o h[ab]ita experie[n]tia c[er]ta [et] si c[er]tissim[us]
sim de affectione mea utru[m] sit ordinata vel gr[ati]
tuita [et] i[n] adeq[ua]te p[ro]babilitate in p[ro]b[ab]ili q[uia] signa
// Item q[uo]d de illo v[er]bo ap[ostoli] q[uod] mag[is] po[n]it i[n] l[itte]ra.
finis p[rae]cepti e[st] ca[rita]s de corde puro [et] co[n]s[cientia] bo
na [et] fide no[n] ficta. q[uonia]m p[rae]cepta di[vi]n[a] sunt
ordinata ad obediendu[m] q[uam] ad amandu[m]. e[rgo] p[oti]us
debuit d[i]c[er]e obe[dientia] e[st] finis p[rae]cepti q[uam] ca[rita]s. It[em]
c[u]m finis q[ue]m assequi[mu]r ex ob[ser]vacia mandator[um]
e[st] ip[s]a vita et[er]na. p[o]t[i]us debet d[ici] finis p[rae]cep
ti e[st] vita et[er]na q[uam] ca[rita]s. It[em] q[uo]d de ordine [et]
ord[inatio]ne illar[um] co[n]dicionu[m] app[osi]tar[um]. s[cilicet] de corde pu
ro [et]c. cu[m] n[on] ca[rita]s no[n] sit de fide n[ec] de co[n]s[cienti]a.
s[ed] p[oti]us de affectione m[ente] vi[detur] recte notificari per
illas co[n]dic[i]ones. // P[ro]p[ter]ea d[icen]d[um] q[uo]d doctores
exponu[n]t ap[ostolu]s hic diffinit caritate[m]. s[ed] q[ui]da[m]
sic exponu[n]t ut ille declarationes de corde pu
ro [et]c. sicut declarat[i]o[n]es expre[ss]e sibi. [et] h[oc] q[uo]d
dicitur finis p[rae]cepti sit ip[s]a notificatio. ut

sit sensus. ca[rita]s p[ro]cedens de corde puro [et]c. e[st] finis
p[rae]cepti. Alio m[odo] exponit[ur] ut h[oc] totu[m] sit notifi
catio finis p[rae]cepti de corde puro [et]c. hic mod[us]
d[icen]di [et]c. ut co[n]venie[n]tior. [et] p[er] hu[n]c mod[um] d[icen]di no[tandum]
q[uo]d ca[rita]s hic diffinitur p[er] actu[m] suu[m]. actus a[utem]
sui ca[rita]tis q[ui] e[st] amare. dup[le]x h[abe]t notificari [et] p[er]
notificationes p[re]dictas. q[uo]d ad a[ctu]m q[uo]d p[ro]cedit tanq[uam]
a p[ri]n[cipi]o efficiente ex p[ro]p[ar]ato. ad illud q[uo]d adip[iscitur]
ca[rita]s tiat. sic adq[ui]s[i]ta[m] [et] id in illa e[st] non
fi[ni]s tanq[uam] ei[us] dupl[e]x co[m]paratio. videl[icet] ad cor pu
ru[m] [et] ad ip[su]m p[rae]ceptu[m]. [et] q[uia] p[u]ritas cordis a q[ua]
i[m]media[te] p[ro]cedit act[us] dilectionis. p[rae]supponit fi
ducia[m] fidei [et] rectitudines sp[irit]uu[m] q[ui] dis[ponun]t
p[er]ambulas. id[e]o ut manifest[e] ap[ostolu]s q[uo]d actus ca[rita]tis
p[rae]supponit actus aliar[um] v[ir]tutu[m] theo[logica]r[um] [et] tanq[uam]
disponentes ad ip[su]m. hic e[st] q[uo]d ista d[icu]nt. de corde
puro. in quo tangit ca[rita]s s[cien]tia r[ec]ta [et] co[n]s[cienti]a bo[n]a
i[n] quo tangit spe[i] fiducia[m] [et] fide no[n] ficta in q[uo]
tangit fidei co[n]stantia[m]. [et] i[n] h[i]is duob[us] ap[ostolu]s
ca[rita]s p[er] frui[tionem] co[m]mendat. ip[s]i h[oc] q[uo]d o[mnis] q[uo]d i[n] actu ca[rita]tis
co[n]sistit co[m]plementu[m] o[mn]is v[ir]tutis [et] finis o[mn]is b[on]i
op[er]is q[uo]d i[n] illi i[n] no[m]i[n]e p[rae]cepti. v[nde] i[n] illis p[ar]te
diffi[niti]o[n]is e[st] i[d]. cu[m] aut[em] e[st] finis p[rae]cepti [et]c. i[n] ca[rita]te
e[st] i[d] i[n] quo co[n]sistit o[mn]is mandati adi[m]pletio.
et o[mn]i[u]m v[ir]tutu[m] p[er]f[e]ctio. [et] h[oc] e[st] q[uo]d scripta adeo
nobis co[m]mendat ca[rita]te[m] [et] maxi[m]e scriptu[ra] novi t[estamenti].
[et] ap[ostolu]s. q[uon]i[am] laudat eleganter eleganti[ssi]me. // Ad
[primum] o[biectum] de obe[dienti]a [et] vita et[er]na q[uo]d debeat d[ici]
finis p[rae]cepti. d[icen]d[um] q[uo]d obe[dienti]a ordinata e[st] ad ca[rita]
te[m] h[abe]nda[m]. vita et[er]na no[n] e[st] a[liu]d q[uam] ca[rita]s co[n]su[mm]a
ta // It[em] q[uo]d de h[oc] q[uo]d d[icitu]r. q[uo]d finis e[st] deus pa
ter filius [et] sp[iritu]s s[anctus]. v[ide]tur q[uod] hi tres sunt fines. Sed q[ui]
finis e[st] res q[ua] fruendu[m] e[st]. s[ed] hi tres sunt res
res quib[us] fruendu[m] e[st]. sic dicit au[gustinus] . i[n] . de
doctrina x[rist]iana. e[rgo] sunt tres fines // Item in[cep]
cio finis dirigitur p[er] fide[m]. s[ed] fides po[n]it tres ar
ticulos. i[n] credendo patre[m] [et] filiu[m] [et] sp[iritu]m s[anctum].
e[rgo] p[er] i[n]t[enti]o[n]e[m] i[n]tenditur i[n]t[en]dit ne[c]essario statuens
sibi tres fines. q[uo]d e[rgo] q[uo]d no[n] sit unitas fini
um. sic pluralitas articulor[um]. // P[ro]p[ter]ea d[icen]d[um] q[uo]d vo[lunta]s <u>[u]trius</u>
e[st] distinguere et volu[n]ta[s] alic[uius]. rursus sic d[icitu]r
du[m] p[er]se distinguu[n]t[ur] vo[lunta]te et conveniunt
re [et] n[on]. p[ro]pt[er] h[oc] e[rgo] in intellectu e[st] q[uo]d no[m]i[n]a illa
q[uae] sunt co[mmun]ia ad re[m] [et] no[m]i[n]a illa possunt plurificari. illa v[ero] q[uae] s[unt] realia plurificari
n[on] possunt. i[de]o p[ote]st dici q[uo]d p[ate]r [et] filius [et] sp[iritu]s s[anctus].
sunt tres res. no[n] t[ame]n p[ote]st d[ici] q[uo]d sint tres b[ea]titu
tes. rursus q[uo]d articulus d[icitu]r q[uo]d e[st] expr[ess]e ro[ationis].
finis dicit[ur] q[uo]d respicit volu[n]tate[m]. i[de]o possum[us]
d[ice]re plures articulos. n[on] t[ame]n possum[us] d[ice]re plures

fines. licet tamen plures sint articuli. una tamen est eius unitas.
(Quoniam vitalis complexa) scilicet quod eo ipso quod reducuntur ad unitatem complexam. et una sit unitas in complexa. in proposito etc. et sic. scilicet quod sit una entitas et una unitas. illi tres articuli super unam veritatem realem fundati habent. Ad primum. quod obicitur quod sunt tres res. quod tres fines. quia respectu complicantur [illegible] ad pluralitatem continentiae et differentiae accipiuntur res. Cum autem dicitur finis est res et tamen diversae sunt res. Ad illud quod obicitur quod fides distinguit. dicendum quod ex parte non sequitur quod intentio distinguat plures fines. sicut fides plures articulos. nam cum intentio in eadem consumetur et eadem sit unitas plus habet intentio rationem uniendi quam rationem distinguendi. Item quod de questione ultimo proposita in littera quod magister non determinat ipse alteram: utrum scilicet voluntas finis et eius quod est ad finem sit due voluntates vel una. nam quod due sint. videtur probare quod unum est causatum et alia in causa. una temporalis et alia eterna. quod autem una sit. videtur probare quod ibi est unicus [illegible] nam. ut quando bene sentiunt unum est. ut cum diligo virum dulcem diligo duo sed unum. Pro quo dicendum. quod magister hic ponit duas positiones. nec tamen aliquam earum reprobat. nec aliquam magis approbat. et ideo videtur esse quod per diversas considerationes illae dicuntur verae. et utraque vera dicitur. una enim dicit quod sunt voluntates due. alia dicit quod est voluntas una. Illae ergo divisiones aspicientes ad diversa dicuntur. enim finis dupliciter potest esse. aut sicut obiectum. aut sicut finis sive terminus finis. Si sit voluntas finis sicut obiectum. sicut cum aliquid sit obiectum causatum et aliquid in causatum. alia est voluntas quia volo finem et alia quia volo id quod est ad finem. sicut alius est motus affectionis quo amo dominum in se. et alius motus quo amo creaturam. Si autem sit voluntas finis sicut rationem finis. in quantum scilicet aliquid habet ad ipsum ordinari. sic una voluntate et uno actu volo utrumque. quia voluntas simul et semel non possit ferri super utrumque. sed successive. ut patet cum amo creationem propter salutem. quia in amore creationis includo amorem salutis. et secundum has vias duas duo sunt modi dicendi probabiles et veri. sicut recte sumuntur in [illegible].

Q. xxix. Circa autem oritur quod sacerdos [illegible].

Super distinctionem magistri de voluntate habetur in [illegible] capitulo de depravata. In hac parte agit quia voluntas magis depravatur in suo actu quam aliqua alia potentia. dividitur autem presens ista in duas partes. in prima secundum [illegible] de ea depravationis voluntatis deliberative. In secunda vero inquirit de [illegible] voluntatis humane quod meretur per modum [illegible] quam in quo intelligendum sit. etc. prima pars dividitur in partes duas. in quarum prima movet [illegible] et determinat. In secunda parte ea dissolvit quibus diversorum opiniones. [illegible] proposita est questio probanda [illegible] sic. primo duo determinat magister in parte ista. quid videlicet voluntas depravata possit et sit nullus alie potentie. et quid voluntas nullus [illegible] bonum velit et appetat. videlicet ratione [illegible] iudicante. [illegible] quod est conscientia que semper bonum dictat. et ratione scintille rationis vel scientie que quod est synderesis que semper bonum inclinat et a malo revocat.

Distinctionem [illegible] huius partis incidit hic quod ex dictis

et primo queritur de ipsa conscientia que est voluntatis [illegible] primo dividitur

secundo queritur de synderesi que de ipsa conscientie scintilla.

Circa primum queruntur tria.

primo queritur de ipsa conscientia in comparatione ad subiectum. utrum sit ex parte cognitive vel ex parte affective.

secundo queritur in comparatione ad originem. scilicet sit acquisita vel ab [illegible] naturaliter.

tertio queritur in comparatione ad effectum. utrum videlicet omnis conscientia sit obligatoria.

Circa primum sic proceditur. et queritur utrum conscientia teneat se ex parte intellectus. an ex parte affectus. et quod ex parte intellectus. videtur. [illegible] Ecclesiastici vii. scit conscientia tua quia tu crebro male dixisti aliis. sed scire est actus potentie cognitive. ergo conscientie est scire. conscientia se tenet ex parte cognitive. Item Damascenus dicit quod conscientia est lex intellectus nostri. sed lex intellectus non dicitur nisi scripta que directe respiciat intellectum. ergo conscientia tenet se ex parte intellective. Item omnis scientia est ex parte intellectus. maior [illegible] per se manifesta est. minor probatur quia omnis conscientia aliud non est quam scientia cum alio. ergo a coniugatis omnis conscientia est scientia. Item conscientia dividitur in rectam et erroneam. sed erroneum respicit habitum vel actum intellectivum. sicut ergo dictum et dicemus spectat ad eandem potentiam. videtur quod conscientia teneat se ex parte potentie cognitive. Item hoc ipsum monstratur per actus legis. nam et iudicare et dictare et testificari et arguere sunt actus spectantes ad cognitivam. sed omnes hii actus attribuuntur conscientie. nam conscientia est lex in qua legimus. conscientia est in istis iudicans. conscientia testificans. conscientia arguit. conscientia et regit et dirigit. ergo videtur quod conscientia totaliter se teneat ex parte cognitive. cum actus et habitus sint eiusdem potentie. Contra conscientia si conscientia teneat se ex parte cognitive. aut ergo sic potentia. aut sicut passio. aut sicut habitus. non sicut passio quia passiones maxime respiciunt affectivam. non sicut habitus. quia conscientia mea est immunda et mea immunda. et nullus habitus transmutat a munditia

et hoc dicit glosa. peccatum super principium ezechielis. unde dicit: nam primo dicit quod aliis peccantibus non se immiscet. peccatum dicit quod percipitur et locum suum perdit. unde dicit hic virtute. per diversas operationes superioris partis animae ipsi synderesis. Sed quod sic dicit secundum glosam manifeste synderesis quae est deprecatoria habet ad bonum stimulare et peccato remurmurare. quod diu sumus in statu vie. // Ideo dixerunt alii aliter. scilicet quod synderesis nominat ipsam voluntatem secundum quod habet naturaliter moveri. et quia potentia non habet esse actu voluntatis ut naturale est vel ut movetur deliberative. Sed solum naturaliter movetur deliberative. hinc est quod synderesis per potentiam non habet depravari. quia tamen ipsa habet regere alias et dirigere et dominus regendi potest per peccatum. hinc est quod contingit eam per culpam percipi. conscientia enim domus ad nobis potest videlicet altitudinem considerantis et ab obtemperancia familiaritatis. et quamvis synderesis quae est deprecatoria sit recta. quia tamen ratio et voluntas frequenter ei ob malitiam perversae excecatae et voluntatis per peccatum obstinationes: hinc est quod synderesis percipitur dicitur. pro eo quod effectus eius et conscientia in viribus aliis deliberativis per eam repugnantiam repellitur et cassatur. et ponit exemplum in militem qui quidem est desertor super bonum sedet super equum. equo tamen currente precipitatum dicitur. Sed cum proposito est in tollendum. hic autem modus dicendi tamquam rationabilior a pluribus sustinetur. et rationes quae ad hanc partem inducunt concedende sunt. // ad illud vero quod primo obicitur de glosa. quod synderesis in precipitatum iudicium iam patet responsio. non enim sequitur si precipitatur quod propter hoc pervertetur. quia precipitatio eius non tantum attenditur ex actu proprio. sed etiam ex actu aliarum virtutum quibus presidet ipsa synderesis. // ad illud quod obicitur quod morbus difficultatis corrumpit mentis celsitudinem. et conscientia consumpserit usque ad extremum. dicendum quod licet et celsitudo mentis non vocetur ibi synderesis. Sed superior portio rationis. superior autem portio rationis non nominat ipsam potentiam alicuius quod movet naturaliter. sed magis movetur deliberative. et hoc modo est ipsam habet potentiam consistere in maxime est quod attendit secundum actum rationis quae est sursum. sic est potentiam in fidelium et desperationis. et alia peccata quae dicunt opponi virtutibus theologicis. // ad quintum quod obicitur quod pena remorsus habet fit esse in corde. dicendum quod quintum non habet veritatem in eo quod persistit. pro eo quod per peccatum non est totum cor habet permanere verum est tamen quod sic remorsus est penitus precidi non potest. punitur. unde et dominus conscientie plus est affectiva voluntatis. prout est deliberativa quam prout est naturalis. propter mutuam repugnantiam. verum autem sola voluntas sit sibi penitus ut aliquid ad hoc in suo loco manifestabitur. // ad primum quod obicitur quod conscientia quae est iudicatorium perdens synderesis est recta et non errata. ergo et synderesis. dicendum quod non sequitur. pro eo quod ipsa conscientia non tantum consistit in universali. immo etiam descendit ad particularia. non tamen in universali tamquam supplicata. immo etiam collatione rationis. quia consistit in ratione ad hoc quod ratio est unum ab alio discernere et unum aliud conferre. et ideo licet conscientia prout stat in universali et in aspectu simplici sit semper recta: prout autem descendit ad particularia et confert potest fieri erronea. propter hoc quod intermiscet se actus rationis deliberative et hoc patet sic. Conscientia enim iudeorum Christo per illud dictamine dictabat quod deo est obediendum. et ipsi postmodum assumunt quod deus precipit nec circumcisionem et ciborum discretionem. et ex hoc formatur conscientia eorum in ipsis ut se circumcidant et a cibis abstineant. error autem iste non venit ex primo principio quod illud verum fuit. sed venit ex assumptione quod quod non fuit conscientie prout est ille aditorium indicatorium. Sed potius rationis erronee. quod quidem spectat ad liberum arbitrium.

Synderesis cum tamen est deprecatoria motu suo in terminando ad malum. non tamen ut primo. Sed in illis vel si aliquo modo retinet synderesis ad detestandum hoc malum. ut primo hoc non est in quantum in hoc. sed magis malum. et hinc est quod synderesis non obliquatur. sic conscientia erit talia et possit reddi ratio. quia synderesis nominat ipsam potentiam in se et est similiter habitata. Conscientia autem nominat habitum non tamen simpliciter. Sed et acquisitum. et quod non quod est deprecatoria recte modo quod autem acquiritur. potest hic et inde fieri in iudicis et obligationis. et hinc est quod synderesi semper consistere recta conscientia potest esse et recta et erronea. // ad quintum quod obicitur quod donum sapientie est esse synderesi. dicendum quod similiter est. omnia enim dona et omnes virtutes in universali et beatitudines respiciunt voluntatem. scilicet quae deliberativa est. quod autem dicitur synderesis postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus. hoc intelligitur causaliter. quia nos instigat ad gemitum pro malis quibus involuti sumus. // ad quintum quod obicitur quod bonis mediocribus contingit male uti. dicendum quod illud verum est de his que moventur ad nutum liberi arbitrii secundum cuius actum hic attenditur usus et abusus. Synderesis autem cum sit potentia stimulans et naturaliter moveatur non subest imperio liberi arbitrii. et ideo non sequitur quod liberum arbitrium possit ea abuti. Preterea esto quod possit illa abuti. adhuc non sequitur quod propter hoc in ipsa esset peccatum. quamvis enim liberum arbitrium abutatur gratia. cum inclinet ad recipiscendum tamen peccatum non dicitur esse in eo. peccatum enim non est in eo quo quis abutitur. Sed potius in abutente. - decto

Iuxta ista sunt questiones de libero arbitrio. et primo quod deus quod dicat. Quod velle malum malum est. Sed intelligere malum non est malum. quia verum intelligere et velle quod illi-

sit in actu intelligendi et in actu volendi. actus enim ex parte
a bobo denominatur ab obiecto. ergo sicut velle malum est malum,
ita et intelligere. // Praeterea intelligere dicit motum
a rebus ad animam. et velle dicit motum ab anima ad
res. ergo videtur quod plus pendeat actus intelligendi a re
intellecta quam actus volendi a re volita. ergo si
malicia est a volito et intellecto, potius depravari debet
actus intelligendi quam actus volendi. // Respondeo dicendum
quod a malicia existente in obiecto magis depravatur
actus volendi quam actus intelligendi. et ideo hic duplex
sumitur. tum ex parte unitatis. quia tanta est vis a-
moris ut transformet amantem in amatum. unde qui
diligit iusticiam iustus fit. et qui diligit iniquitatem
iniquus fit. et propterea dicitur de malis quod facti sunt abhominabiles
sicut ea que dilexerunt. non sic est de actu intelligendi.
nam et si aliquo modo conformet non tamen transformat.
hoc autem contingit propter maiorem vim unionis que
consistit in amore ipso. sic enim dicit Dyonisius. amo-
rem dicimus vim unitivam. propterea dicitur I Cor. VI.
qui adheret deo unus spiritus fit. Causa est ex parte
obiecti. bonum enim in quantum bonum est obiectum affectus. non
intellectus. intellectus autem et memorie obiectum est verum.
sub ratione veri. vel bonum sub ratione veri. et hinc
est quod intellectus qui intelligit falsum est falsus. non tamen qui in-
telligit bonum est bonus. affectus vero non dicitur esse falsus.
quia velit falsum. quamvis dicatur esse malus. quia ve-
lit malum. vel bonus cum vult bonum. virtus ergo
a proprio obiecto denominari habet. et per hoc patet responsio ad utrumque
obiectorum. Istud autem melius infra patebit d. xl.
Videtur igitur magister verbis praemissis omnino habet esse auctor.
// Item quid de hoc quod dicit. Quod superior scintilla rationis
bonum vult et malum semper odit. Sed contra. impossibile est simul
et semel voluntatem moveri motibus contrariis circa idem vel dispar-
atis. Sed homo aliquando vult malum. ergo non videtur quod illa
hora velit bonum. falsum ergo dicitur autem quod illa scin-
tilla semper vult bonum. Si tu dicas quod voluntas naturalis
et deliberativa sunt diverse potentie. et ideo simul possunt mo-
veri diversis motibus. Contra in littera ponitur hic. et
contra quod illa voluntas que vult bonum quandoque adver-
satur(?) et adquiescat. Si ergo voluntas que quandoque deliberatur
et adquiescit hec est in qua habet consistere peccatum. videtur quod
eadem sit potentia voluntatis qua homo naturaliter vult bonum et qua
aliquando vult malum. Si tu dicas quod eadem est voluntas,
tamen dispositionibus diversis distinctis. et sic illorum ratione diversi-
tatis potest habere diversos motus. obicitur quod hoc non(?). quia illa
qui potentia est unica et simplex. ergo convertit se ad actum unius
habitus. non potest se convertere simul et semel ad actum alterius
habitus contrarii. non movebitur simul et semel bono et ma-
lo. non ergo semper vult bonum quando hec concedat. et ideo

in genus(?). quod nulla virtus destituitur sua naturali et propria
operatione. et maxime virtus naturalis. cum est motus uniformi-
ter. ergo videtur quod actus voluntatis naturalis qui est appetere bonum
simul stet cum actu voluntatis deliberative qui est velle
malum // Respondeo dicendum quod sicut magister dicit in littera
duo sunt hic modi dicendi. quidam enim dicunt quod actus
quo voluntas vult deliberative malum et naturaliter bonum
non est diversus vel distinctus. sed ideo quo voluntas vult
deliberative malum. Sed sicut malicia corrupit in actu ex-
ordinatio(?) bonum naturale. unde unus et idem actus est bonus
bonitate naturali. et malus malicia moris. Sic dicunt in
littera et innotescit quod voluntas naturalis vult bonum. id est voluntas
actum substractum habet non malum in quantum illum actum
deordinat. Sed istud non sufficit dicere. quoniam cum ambo
dicunt quod homo naturaliter vult bonum. non intelligit de bono
naturali tamen quod quidem est actus voluntatis. sed et moris. vult
enim iusticiam. et odit iniusticiam sicut ideo dicit(?) et propterea
est alius modus dicendi quem magister ponit in littera. quod
duo sunt motus. et talis est motus quo voluntas ap-
petit naturaliter bonum. et talis quo voluntas deliberative vult
malum. Utrum autem possit esse simul hoc magister non deter-
minat. et circa hoc est duplex opinio doctorum. Quidam enim
dicunt quod possunt esse simul. propter quod actus deliberative
non excludit actum naturalem. et unus istorum actuum est
voluntatis ut movetur naturaliter. et alter ut movetur deliberative.
Sed quoniam voluntas naturalis et deliberativa propter quod omnino fuit
una est potentia. et eadem potentia quando plene movetur in bonum
vel in malum. non potest simul et semel moveri motu opposito
et etiam disparato propter simplicitatem potentie. Ideo dixerunt alii
quod motus voluntatis naturalis non est semper actualiter in bonum. et quod
dicit magister in littera. quod semper vult bonum. hoc intelligitur hab-
itudinaliter. Impeditur autem et suffocatur per ma-
liciam voluntatis deliberative. ut non exeat in actum. sicut
in dampnatis in quibus synderesis non instigat ad aliquod bonum
et iustum. Quicquid autem sit de hoc utrum simul possit
esse motus voluntatis ut est naturalis cum motu voluntatis ut est
deliberativa. hoc tamen verum est. quod voluntas naturalis que bonum
appetit non est semper in suo actu. quia non semper cogitat
de bono. et cum etiam cogitat forte quandoque nullo modo afficitur(?).
et ideo littera illa exponenda est. quod hoc quod dicit semper
dicit continuitatem quantum ad habitum volendi non quantum ad
actum. et obicitur quod virtus non privatur propria actione. operatione
dicendum quod id intelligitur de operatione naturali que respicit esse
rei. de operatione vero que est secundum arbitrium(?) ex libero arbitrio
semper habet veritatem. quod non privetur actione. Fit enim ut virtus
videmus in suis actibus tempore impeditur. nec
tamen ex hoc debemus eas esse ociosas vel propria ratione privari. gradatione
cum in actus proprios sunt nate exire pro loco et
tempore // Item quid de hoc quod dicit. Quando generum(?) ...

simpliciter velit bonum in omnibus concedi habere bona[m] vo[luntatem]. Contra
quod immo quod vitiosi modo ipse aliquando quod in se est simpliciter
quam quod in se accidentaliter. Ergo sic sed si deliberative velit
bonum quod habet bonam voluntatem circa se quod similiter velit
bonum quod habet bonam voluntatem. Item quod simpliciter est modo assu
escat in contrarium. Ergo si homo simpliciter vult bonum numquam
assuescit velle malum. Ad hoc ergo dicendum cum agitur quod
homo simpliciter velit bonum, aut si dicit bonum unum dupliciter
quod per hoc quod homo simpliciter vult bonum quod sit semper bonum. Unde
dicendum quod bonitas voluntatis consideratur in appetitu simpliciter consu
matur in virtute deliberativa. Non est voluntas semper bona et
sancta. Non sic sancta ipse movet deliberative et ipse modo il
lic. Et non sic est. Non valet immo est idem quod et semper.
Iste est causa simpliciter. Ergo est contrarius necessario non sic. Velle
bonum simpliciter. Ergo habet bonam voluntatem. Ad aliud quod obicitur quod
vitiosi non in se quod in se simpliciter et cetera. Dicendum quod ista operatio vi
tiosi habet quam illud quod in se accidentaliter non presuppo
nit illud quod in se simpliciter. Cum autem presupposito non habi
tus. Sicut enim melius est bonum vivere quam vivere, tamen
per vivere presupponit vivere. Sic melior est voluntas quam
intentio et simpliciter et deliberative quam simpliciter tantum. Ad aliud quod
obicitur quod simpliciter non assuescat in contrarium. Dicendum quod idem est
dico quod est semper simpliciter, videlicet dico quod antequam inchoaret
et consumat. Sed hoc non est verum in eo quod inchoat an
te consuetudinem ab assuescente. Vel aliquando et tale est velle
bonum et per hoc patet quid dicendum in illa contraria parte.

Ostenso de actibus additur ulterius et cetera.

Superius ostendit magister qualiter voluntas ex fine
habet sanctificari et depravari. In hac parte intendit os
tendere quomodo actus et opera sanctificationem habent et depravati
ex affectu et fine. Et quando obliquum hic contrario per se
tunc malum per bonum. Haec pars ista habet duas. In prima
parte igitur magister quo intentio faciat opus bo
num. In secunda parte igitur quando ex obliquitate inten
tionis sive voluntatis habet fieri opus malum ibi. Cum igitur in
tentio ut supra dictum est opus bonum faciat et cetera. Prima
pars dividitur in duas partes in quarum prima magister osten
dit quod actus pensandi habent boni vel mali ex inten
tione vel fine. In secunda inquirit utrum generaliter hoc sit
verum quod bonitas operum causetur ex bonitate intentionis ibi.
Sed quaeritur utrum omnia opera et cetera. Et illa secunda pars subdividitur
in tres partes. In quarum prima recitat diversorum opiniones.
In secunda confirmat alteram illarum auctoritate Augustini ibi. Sed
aliquis evidentius docet et cetera. In tertia redit ad eorum
firmandam reliquam ibi. Quidam tamen quidam contendunt.

Dicendum sufficientiam autem huius partis in qua … et cetera.
Magister primo agit de bonitate operum quod
habent ex intentione. Incidit hoc quod esse duo.
Primo quod de bonitate quam opera ab intentione recipiunt.

Secundo vero quod de bonitate quam opera intentioni superaddunt.
Circa primum quaeruntur tria. Primo quod de bonitate operum quantum
ad quantitatem, utrum videlicet quantitas operum aequaliter in
tentionis generaliter excedat.
Postea quaeritur quantum ad contrarietatem, utrum videlicet contrarium quamque intendit
tamen faciat. Tertio quaeritur ad necessitatem, utrum scilicet bo
na intentio absque operibus ad salutem sufficiat.

Circa primum sic proceditur. Et quaeritur utrum quantitas operum semper res
pondeat quantitati intentionis. Et videtur quod sic quia sicut
dicitur opus quod fit bona intentione sit bonum et cetera sicut… *[margin: Sup. 2 De officiis]*
per auctoritatem Ambrosii quam magister adducit in littera. Affectus
operi tuo nomen imponit. Sed ergo denominatio operis est
a qualitate et intentio sive affectus opus denominat,
videtur idem quod informet qualitate sua. Item
arbor bona quae operatur per quod bona facit semper fructum
bonum. Sed voluntas quae est arbor cum bona intentione operatur, *[margin: operatur]*
operatur per quod bona. Ergo videtur quod faciat opus bonum.
Item actus non est ulterior nec deterior nisi
quod voluntas et voluntas si est bona nec est mala nisi ex in
tentione. Sicut supra ostensum est. Si ergo bonitas volun
tatis facit bonitatem in opere et bonitas intentionis facit
bonitatem in voluntate. Ergo quantitas operis est aequalita
te intentionis. Item potest esse bonum idem bonum quam
malum et malum. Sed quamvis sit opus et quamvis sit bo *[margin: Di. xxxviii. c. pa.]*
num depravari potest per malam intentionem. Ergo a contrario
quamvis sit opus et quamvis sit malum rectifi
cari potest ex bona intentione et potest haec augmenti
illatio confirmari. Quia aminoritate… et per contrariam
in ipso. Quia si oppositum est cum opposito et positum positi. *[margin: Ethicorum iii. capitulo…]*
Si ergo mala intentio semper causat malum et bona
semper causat bonum. Item esto quod aliquis faciat opus
malum bono fine. Ita quod malum sit in opere et bonitas *[margin: (opera manent bona ope…) vel malo]*
tas in intentione. Aut intentio aut intentio sit
mala ex opere malo. Aut intentio faciat opus
bonum. Si primo modo ergo similiter et simul inebriatur quo
tamen ebrius quod est impossibile. Si secundo modo ──── Sed quod
opus est effectus intentionis. Sed effectus non vincit in
causam. Sed prius et cetera. Ergo prius intentio conferat suam proprie
tatem operi quam opus intentioni. Ergo si intentio est
bona necesse est opus esse bonum quod ex ipso procedit.
Item quamvis opus de se sit malum, sed tamen fiat a bono quo opus
omnino pro intentione sic a bono qui quod causat usu *[margin: si]*
munus non est aliquo modo culpabile. Ergo privatio in
tentionis opus quamvis de se malum potest privare malum
et facere quod non sit malum malitia moris. Ergo videtur
ut quod rectificatio intentionis opus quamvis de se malum
potest facere bonum et cetera. Sed contra. Hugo de sancto *[margin: Sed contra]*
Victore. Amor transformat amantem in amatum. Et hic ait
non dicit ergo quod qualiscumque sit intentio talis voluntas velit

In 2o ethi.

malum necesse est eam effici malam. ergo non videtur quod qualitas
operis correspondeat qualitati intentionis. Item philosophus dicit
quod aliqua sunt que mox nominata convoluta sunt cum malicia.
talia dicunt theologi mala esse per se. Ergo in talibus
actibus inseparabiliter adheret malicia, quod hii
actus non possunt fieri boni ex intentione nostra. Item
aliquid est malum quia est contra dei mandatum. Sed intentio
nostra non potest divinum mandatum infringere, ergo
non potest facere quod homo faciendo contra dei mandatum
non peccet. ergo quantumcumque bonum intendat, si contra dei mandatum
faciat non erit bonum sed malum. ergo non est
generaliter verum quod qualitas operis a qualitate intentionis
causetur. Item bonum absolutum presupponit
bonum absolutum ex circumstantia. unde .ii. ethicorum:
et absolute bonum convestiat debitis conditionibus
et circumstanciis. Sed aliqua sunt opera que semper deficiunt
circumstancia debita circumstancie. sicut mechari, ingerere
[illegible]. aut dicere [illegible] faciunt et consilia. ergo videtur quod
quantumcumque talia bona intentione faciat, non erunt
simpliciter bona. ergo non videtur quod qualitas operis semper respondeat
qualitati intentionis. Pro ad predictorum intelligentiam est notandum quod circa hoc ab antiquo due
fuerunt opiniones. sicut magister in littera explicat. Quidam
enim dixerunt quod generaliter verum est quod opera bona
vel mala pensantur ex intentione. Alii vero
dixerunt quod opera non pensantur generaliter bona vel
mala, sed solum illa que indifferentia sunt, ad hoc quod fiant bona vel bene vel male. illa autem opera que sunt
mala per se ex intentione pensari non possunt, quia
quacumque intentione fiant semper mala sunt. Quecumque
autem harum opinionum verum dicat, sic potest intelligi.
Intentionis enim qualitas dupliciter potest accipi. secundum quod
intentio dupliciter dicitur. Uno modo intentio dicitur
voluntas finis. alio vero modo non tantum dicitur voluntas
finis, sed et ordinatio eius quod est ad finem ad
ipsum finem quem appetit. et per hoc dupliciter potest dici intentio
bona vel mala. Uno modo dicitur intentio bona
quia est preterea, et bona ordinatio operis ad finem intentum
pro .... dicitur mala quia est ordinatio indistincta, et
secundum hunc modum qualitas intentionis non tantum modo respicit
bonitatem finis, sed et rectum ordinem eius quod est ad finem
ad ipsum finem. Secundum hoc duo necessario requiruntur ad hoc quod oculus sit simplex, sicut dicitur .b.
Augustinus, videlicet quod unitas sit in electione et caritas
in intentione. Et hoc est dictum quod tunc est oculus intentionis simplex
sive intentio bona, quando hoc amat finaliter quod
est amandum et eligit quod est eligendum. Et hoc modo qualitas
operis semper respondet qualitati intentionis, ut habetur in
littera. Immo si oculus est simplex, totum corpus

erit lucidum, et si oculus est tenebrosus, hoc est intentio
mala, et opus iudicatur malum. Alio modo dicitur
intentio bona quia id quod finaliter intendit est bonum.
et mala quia id quod intendit finaliter est malum.
et hoc modo non est generaliter verum quod qualitas operis pensetur
a qualitate intentionis. et hoc dico quantum ad bonitatem
que est bonitas. Sicut si quis furetur ut possit ad
ultionem, vel furatur ut pascat pauperes,
non est bonum facere, sicut dicit Augustinus et etiam apostolus. non sunt
facienda mala ut veniant bona. Quantum autem ad iniquitatem
malicia non habet instantiam, immo necesse malum esse
cor cum intentione male intendentis. Quamvis sit quod
dum faciat id homo mala intentione, deus qui
scrutatur corda malum reputat. Est enim ad bonitatem
operis necesse requirit intentionem boni finis. Sola
illa deficiente opus iudicatur esse malum.
Non illa sola existente iudicatur esse bonum.
Plura exiguntur ad construendum quam ad destruendum.
Exemplum patet in his ad quorum perfectionem etiam ad
perficiendum magna pars, non omnia que probant quod bonitas
non cordis bonitati intentionis loquuntur de
bonitate intentionis prout respicit ipsum finem. et sic
verum concludunt, quia ad hoc quod opus sit bonum non
sufficit quod homo intendat bonum, sed exigitur
quod ita via tendat ad bonum finem. Si igitur vero ad hoc
... magna parte producunt alia via, videlicet prout
intentio dicitur esse bona non solum quia intentum est bonum, sed et quia ordinatio est bona, et sic
ille auctoritates ambe ... de ... opinio
... non ... ratio ...
non dicitur esse bona nisi ... bona ...
... intentionis. ... quod intentio dicitur esse bona
quia bono modo ad bonum finem tendit. Ad
quod obicitur quod mala intentio sufficit ad faciendum
opus malum. dicendum quod non est simile, quod si intentio boni sufficiat ad bonum faciendum. ... est destruere quam construere. ... bonum attenditur per constitutionem
ex causis integris circumstanciis. malum vero attenditur
ex causa ... privatione. Dicit enim quod malum est
... et bonum uno modo, et ideo non sequitur
quod si defectus alicuius sufficiat ad faciendum
malum, quod positio eius sufficiat ad faciendum bonum.
plura enim exiguntur ad bonum. ... in locis ...
... quia malum est ...
talibus non tamen consentia ...
no ... ad id quod obicitur ...
quod ... dicendum quod opus non fiat ... mala ...
quid influendo. ... quia enim opus ...
inordinatum est, intentio non potest ipsum ordinare.

hic est, quod dum illi operi se applicat, se ipsam deordinat. Ad primum quod obicitur quod pravitas intentionis privat maliciam ab actu, dicendum quod non est ille processus, quod pravitas intentionis dicatur privare maliciam ab actu, non quia aliquid intentionis conferat ipsi actui, sed potius quia tollit actum illum extra genus moris, quia non est opus morale nisi quod fit intentione. Et ideo consimilis est modus arguendi in ista ratione et in superiori, qua arguebatur extremitatem mali ad bonum. Non enim valet: sufficit ad destruendum, ergo sufficiat ad propositum.

Consequenter queritur utrum quantum quis intendat, tantum faciat.

Et videtur quod sic. Opus ab intentione recipit aliquo modo qualitatem. Ergo et recipiat quantitatem, et quod sicut ait Jeronimus super Matthaeum xii: Bonus homo de bono thesauro etc. Glossa: quantum intendis, tantum facis. Item [illegible] agens per intentionem prefigit sibi finem ad quem opus suum mensurat. Ergo sicut opus morale est ab agente per intentionem, omnis operis moralis penes intentionem attenditur mensuratio, attenditur in comparatione eius ad finem. Sed comparatio ad finem est intentio. Ergo quantitas omnis operis moralis penes intentionem attenditur. Item secundum quantitatem caritatis attenditur meritum exterioris operis, et secundum magnitudinem libidinis attenditur magnitudo exterioris peccati. Sed ergo caritas, ut dicit Bernardus, respicit intentionem, et similiter libido que dicitur generatur in bono actu. Ergo videtur quod quantitas omnis moralis operis per intentionem mensuretur. Item si aliquod opus de suo genere est veniale peccatum, non ille qui facit id mortaliter peccat, si intendit peccare mortaliter. Si autem non esset, non opus reciperet quantitatem in genere moris ab intentione; ergo etc. Sed contra. Si quis intendit, tantum faciat; ergo si aliquis sive aliquis alius pro tuis sceleribus intendat mereri gloriam Petri, meretur gloriam Petri, et si amplius intendat, amplius meretur. Ergo hic a minore caritate procedit [illegible] plus meretur, et plane falsum. Item si quis intendit, tantum faciat. Ergo si aliquis adulteratus intendit peccare venialiter, peccat venialiter. Sed ergo hoc est plane falsum: manifestum est quod quantitas operis non causatur ex quantitate intentionis. Item quanto quis est humilior, tanto minus bonum credit se facere. Sed intentio sequitur credulitatem, quia fides dirigit intentionem. Ergo quanto quis humilior est, et tanto minus bonum intendit facere. Sed ergo bonitas operis mensuratur penes quantitatem intentionis, videtur quod quanto quis esset humilior, tanto opus eius esset minus bonum. Sed hoc est plane falsum. Ergo etc. Item unus simpliciter cum facit parvum peccatum credit esse gravissimum peccatum, alius ipsius et iniquus cum facit maximum peccatum credit valde parvum peccare. Sed ergo opus mensuratur penes intentionem, videtur quod iniquus et malitiosus peccat venialiter quantum peccat, quod videtur simpliciter inconveniens per contrarium [illegible]. Sed ergo hoc est plane falsum. Ergo et illud ex quo sequitur, videlicet quod quantitas operis respondet quantitati intentionis.

Responsio. Ad quod sic respondetur: prelate dupliciter distinguitur quantitas intentionis. Dicit enim hec in illud est quod quantitas intentionis duplex potest intelligi, videlicet aut ratione actus intendendi, aut ratione ipsius intenti. Et hec distinguit illa locutio dupliciter: quantum intendis, tantum facis, quia tantum et quantum possunt esse nomina vel adverbia. Si tamen tantum et quantum teneantur adverbialiter, tunc dicunt quantitatem actus intendendi, et tunc est locutio — vera generaliter, tamen secundum bonorum, sunt secundum malorum quia
quod quantus actus intendendi est intensus in bonitate et in malicia, tanto operatio exterior est bona vel mala; omne enim meritum et demeritum ad actum voluntatis reducitur, licet circumstancie exteriores aliquo modo faciant ad maiorem voluntatis [illegible]. Si autem tantum et quantum sunt nomina, tunc dicunt quantitatem ex parte intenti, et sic non est generaliter verus ille sermo, quia opus exterius — in bonis
frequenter non respondet ei quod intentio intendit. Sicut quando enim intendit homo facere magnum bonum et facit parvum, quia modicam habet caritatem. Habet tamen aliquo modo veritatem in malis, videlicet intendendo, licet non distincte, et prout tantum et quantum dicunt quandam comparationem proportionis, non comparationem equalitatis. Unde qui intendit multum peccare, multum peccat, qualecumque opus faciat. Non tamen qui intendit parvum peccare parvum peccat, maxime si opus facit quod multum habet deformitatis(?).

Ex hiis patet responsio ad omnia proposita. Concedendum enim quod quantitas bonitatis et malicie operum respondet quantitati bonitatis et malicie intentionis, prout quantitas intentionis attenditur quantum ad actum intendendi, sicut rationes ad primam partem inducte ostendunt. Concedo etiam quod quantitas operis non semper respondet quantitati intentionis, prout quantitas intentionis attenditur ex parte intenti, sicut ostendunt rationes que ad secundam partem inducuntur. Ad alias tamen duas rationes que ultimo inducuntur [illegible] dicendum potest quod non sequitur, pro eo quod non est idem dicere aliquid quod credit facere magnum vel parvum bonum sive malum et quod intendit. Aliud enim est estimatio, aliud est intentio. Et quamvis opus sequitur estimationem, non tamen sequitur intentionem. Propter illae due rationes sic et aliter procedunt de quantitate intentionis ex parte intenti. Quamvis enim humilis homo parvum intendit facere, nichilominus tamen magne bonitatis est eius intentio, dum ex magna caritate movetur ad illud faciendum. Similiter tamen iniquus homo intendit modicum malum facere, tamen quia ex magna libidine fit multum.

seu ualde est parua eius intentio, dum nimium adheret bono creato; unde non sequitur quod minus peccet ille qui magis malitiosus.

Ergo quod de bonitate operum quod ad necessitatem dicitur iudex intentio absque bonis operibus sufficiat ad uitam eternam. et quod sic uidetur Aug. de ci. dei. ait: Intentio bene sufficiat ad meritum; bona actio requiritur ad exemplum. ergo uidetur quod ad meritum uite eterne non sit necessaria bonitas actionis exterioris. // Item super illud Ps. Dixi confitebor domino, propono iudicatur. ergo tantum ualet bene uelle quantum uelle et operari. ergo etc. // Item Greg. in quadam omelia: non est uacua manus a munere, si archa cordis repleta fuerit bona uoluntate. ergo plenitudo intentionis et uoluntatis equiualet plenitudini operationis. ergo sine illa potest sufficere ad salutem. // Item meritum uite eterne est in potestate nostra. sed opera exteriora non sunt in potestate nostra. ergo uidetur quod opera exteriora non exigantur ad merendum uitam eternam. ergo ad meritum uite eterne uidetur sufficere intentio sola. // Item intentio et uoluntas non pendet ex operibus. ergo operibus non existentibus potest esse bonitas tamen in uoluntate quam intentione. sed quicumque habet bonam uoluntatem et intentionem, est uiuificatus caritate; habet quod sufficit ei ad uitam eternam. ergo ad meritum uite eterne uidetur intentio sufficere absque exteriori operatione. // Sed contra Matth. xxv. esuriui et non dedistis mihi manducare. Et ibi dominus dicit reprobis quod propter hoc ferret sententiam dampnationis contra eos. Si ergo propter defectum bonorum operum quis dampnatur, uidetur quod exercitium bonorum operum est ad salutem necessarium. ergo intentio sine operibus non sufficit ad meritum. // Item Iacob. ii. fides sine operibus mortua est. sed non est efficacior ad merendum intentio quam fides. ergo si fides non sufficiat ad meritum sine operibus, pari ratione nec intentio. // Item Greg. in quadam omelia: amor dei numquam est otiosus; operatur enim magna si est. Si autem operari negligit, amor non est. ergo si opera non adsunt, non adest ueritas amoris. sed meritum est meritorium uite eterne absque uero amore caritatis. ergo exceptis operibus intentio non sufficit ad meritum. // Item philosophus dicit quod ad uirtutem tria requiruntur, uidelicet scire, eligere et uelle et immutabiliter operari. ergo si non est operatio, non est salua ratio uirtutis. sed ubi non saluatur ratio uirtutis, non potest saluari sufficientia meriti. ergo uidetur quod absque operatione uitam eternam non condigne sufficienter merentur. // Item si sola intentio uel uoluntas interior sufficeret ad meritum, sed hominibus facillimum est uelle bonum. ergo facillimum esset mereri uitam eternam. cuius contrarium dicit Matth. vii. quod arta est

uia que ducit ad uitam. Responsio. dicendum quod cum queritur utrum intentio et uoluntas interior sufficiat ad meritum absque operibus exterioribus, distinguendum est. aut enim ille qui habet intentionem habet facultatem bene operandi, aut non. Si non habet facultatem, cum nemo obligetur ad impossibile, si ille ... habet uoluntatem et dictam intentionem, tunc sola plenitudo uoluntatis interioris sufficiat ei ad meritum uite eterne, absque exteriori operatione. Si autem adsit facultas et se offert opportunitas, intentio non potest ad meritum sufficere absque opere, ratione autem huius est, quia homo ... ni mandati obligatio et uirtutis perfectio et uoluntatis plenitudo diuini mandati obligatio faciat, ut intentio sine operibus non sufficiat, cum se offert opportunitas et facultas. mandata enim diuina non solum obligant ad uolendum, sed etiam ad faciendum; et ideo qui non implet diuina mandata cum possit, prius meretur ... quam meretur gloriam. de uirtutis etiam perfectione ratio quare non sufficiet sola intentio, quia uirtus est ultimum potentie, et ideo eleuat potentiam ad aliquid magnum et arduum; potentie autem anime non habent suam utilitatem sine perfectione completa, nisi exeat in opera quod debita, quando est facultas et opportunitas. et ideo illa intentio qua quis uult et intendit bonum, et tamen non facit cum possit, non est intentio uirtuosa. ac per hoc non in ea est uoluntas plenitudo; ideo est quod non sufficit sola intentio, quia plena uoluntas ... effectum, si adsit facultas. alioquin non dicitur homo plene aliquid uelle, si non facit cum possit facere. sed semper et pronus sit uult et sic piger, qui uult et non uult. et propter hoc dicit Greg. quod necesse est ut blandi de bona uoluntate, immo de dilectione conditoris, lingua mentis et manus ... et sic hortatur nos Io. in canonica i. diligere debemus non solum uerbo et lingua, sed opere et ueritate. quando ergo cum adest facultas et se offert opportunitas, absque operibus exterioribus nec est mandatum diuini impletio, nec uirtutis perfectio, nec uoluntatis plenitudo; absque hiis non est sufficientia meriti. hic est quod ad meritum uite eterne non sufficit bonitas intentionis absque bonitate operis exterioris, et maxime quando offert ... Ad primum ergo quod primo obicitur, in illo dicitur quod bona intentio sufficit ad meritum. dicendum quod loquitur de intentione illorum operum que non sunt in precepto, non autem illorum que in precepto sunt. uel dicendum quod loquitur in eo casu quando scilicet non adest facultas bene operandi exterius. Ad secundum quod obicitur quod uoluntas pro facto reputatur, dicendum quod uerum est quando non se offert bene operandi opportunitas et facultas. Ad illud uero Greg. quod non est uacua manus a munere etc., dicendum quod facienda est uis in hoc quod dicit: cum archa co-

zacha

zetheas

Cogitatio intentio sine operibus ... uidetur penam ... uoluntatem ... que ... sola uoluntas sola sine opere ... consummata ... ... precepti ... non sola operatio ... ... facile mali ... ... fac op. mal.

Cognitio bonorum intentio sine operibus si adsit facultas non sufficit ... diuini mandati obligatio / uirtutis perfectio / uoluntatis plenitudo ... ibi ...

uis repleta fuit bona uo[lunta]te. numquam enim sic deum est
plene bona uo[lunta]te habet qui potest facere bonum
illud aut habet uo[lunta]tem et ad fructum non perducit. ad
secundum quod obicitur quod opera non sunt in potestate nostra. dicendum quod hoc so
lum concludit quod in eo cum sufficiat intentio quando
deest facultas ad perficiendum opere bona. ad
tertium quod obicitur quod bona uo[lunta]s non pendet ex opere. dicendum quod
uerum est. attamen cum adest facultas plena uo[lunta]s necessario
ponit bonum opus. ita quod si bonum opus non ponit aut
numquam uo[lunta]s fuit plena, aut desinit esse plena.
et ergo sibi operibus non sufficiat. hoc non est quia plenitu
do bone uo[lunta]tis ex operibus pendeat. sed quia bona
uo[lunta]s si plena est necesse in bona opera redundat, cum
fuerit sibi facultas operandi.

Consequenter queritur utrum ad premium pertinet dicendum quod oper
ra super addunt bonitati intentionis. et circa hoc
queruntur tria. primo quod uidetur quod addat operatio
nibus bona intentione, utrum pro eorum dignitate
secundo quod uidetur addat ratione quantitatis corporee durationis.
tertio quod uidetur quod addat ratione intensitatis.

Circa sic proceditur. et quod uidetur opera exteriora aliquid
addant super bonam intentionem ratione sue exce
llentie et dignitatis. sicut sunt opera priuilegiata et
consimilia. super illud psalmi. O quam sit super eminens
magnitudo. glosa. quedam maxima gloria. habebunt
summi doctores qualiter id quod habent habebunt alii. hoc autem
non est nisi ratione doctrine quod aliis impendit. ergo et cetera. Item
ecclesia in terra magis sollempnizat martyres quam
confessores. sed constans est quod ecclesia sanctis exhibuit
honorem pro meritorum suorum exigentia. ergo maiori gloria
digni sunt qui mortem pro christo pertulerunt quam illi qui
pati solum uoluerunt. Item christus nobis admonuit per
passionem. quam non meruerit nobis aut potentia
predicatione ianue. et meritorum eminentia diffusiorem.
Si ergo caritas in fuit eminentissima. ab instanti con
ceptionis. et maioris fuit efficacie cum passione
quam sine. ergo uidetur quod in quolibet alio excellentia operis
exterioris addat ad meritum bone uo[lunta]tis siue intentio
nis. Item bonum additum bono facit magis
bonum. sed opus priuilegiatum est bonum. ergo additum
intentioni facit eam magis bonam. sed quod addit ad
bonitatem addit ad meritum. ergo et cetera. Item si opera
priuilegiata nichil addunt super bonitatem inten
tionis. ergo qui ea faciunt frustra laborant. Si
ergo ipsum est dicere quod qui facit opera excellentia fru
stra laborat uidetur quod opus excellens addat
super intentionis bonitatem. Sed contra de beato martino cantat
ecclesia. o beata anima quam et si gladius persecutoris non
abstulit palmam tamen martyrii non amisit. ergo ita

uidetur quod beatus martinus habuit palmam martyrii pro bo
nitate intentionis. sicut si sustinuisset acerbitatem
passionis. ergo non uidetur quod opus excellens aliquid ad
dat super bonitatem intentionis. Item operis non
placet propter operatorem. sed magis operator propter operatione, [marg.: unde in rel[igione] dicitur ad abel et ad mu[nera] eius. [illegible]]
quamuis operatio illa sit nobilis. ergo quia deus ap
plaudit operantem non approbat operationem. ergo non uidetur quod
hoc maioris premii efficiat apud deum dignius
propter operationem excellentem super additam bonitati uo[lunta]tis.
Item si aliquis sustinet mortem, premium eius deminuitur
apud deum quia aliquid meretur. ergo sustinentia mor
tis propter christum si quidem placet deo hoc non est ob aliud nisi
quia ordinatur ad christum. sed illa ordinatio est medi
ante intentione. ergo tota bonitas operationis cuiuscumque excellentis [marg.: excellentie]
existentie habet ortum et propter illam deo placet. sed ubi [marg.: copiosior]
unum propter alterum ibi unum tantum. ergo tantum deo placet in [marg.: unum]
tentio perfecta et bona et opus quantum placet sine opere.
Item si aliqua opera faciunt ad meritum. illa sunt maxime
opera humilitatis et utilitatis. hec enim opera deus magis
commendat. sed opera priuilegiatus opera sunt excellen
tie et dignitatis. ergo uidetur quod minime inter omnia genera operum
addat ad bone intentionis meritum. Item voluntas facultatis
de eo quod bonitatis reputatur perfecta. sicut dictum est. et hoc
non est ob aliud nisi quia alias non esset plena et perfecta
uo[lunta]s. Si ergo uo[lunta]s perfecte sola pro opere reputatur, ui
detur quod in tali casu opus priuilegiatum nichil addat super
intentionis bonitatem et meritum. respondeo dicendum quod maius bonum potest
aliquid dici duplex. aut intensiue ut potest quia plus deo
placet aut extensiue ut potest quia pluribus deo placet.
pluribus prodest. et propter hoc duplex est titulus quod opus priuilegiatum
addat ad bonum intentionis. aut quantum ad proximorum edi
ficationem aut quantum ad dei approbationem. primo modo
attendi augmentum quantum ad premium. secundo modo quantum ad
meritum. Si ergo loquamur de additione quantum ad primum sic absque
dubio opus priuilegiatum addit ad bonum intentionis. quia
bonitas intentionis sibi lucet eius. in possessione
bonorum operum. et maxime priuilegiatorum. Si autem loqua
mur secundo modo quantum additur quod attenditur quantum ad meritum. sic
distinguendum est. quod est loqui de munito id est premio substantiali
et premio accidentali. id est premio accidentali opus priuilegiatum
addit supra bonam intentionem et uoluntatem. quia premium
accidentale quod est aureola non debetur uoluntati per se. sed
uoluntati in opere. Si autem loquamur de munito id est premio substantiali.
ad hoc oportet distinguere. quia est meritum congrui et digni. [marg.: et meritum congrui et digni, quantum ad meritum congrui.]
absque du
bio opus priuilegiatum addit super bonitatem inten
tionis pro eo quod uoluntas in illo opere preparat et dispo
nit ad susceptionem maioris gratie per quod dignus est
maiori retributione. Si autem loquimur de merito con
digni sic absque dubio non addit pro eo quod quantum

[marg.: Tertio dicendum quod addit quod opera priuilegiata addit super uoluntatem premium et dispositione et efficacie quia ea uoluntas disponit ad susceptionem maioris gratie per quam digna fiat maiori retributione. [illegible]]

tas mentis condigni pensatur ex quantitate caritatis. et quod placet deo quia qui habet perfectam voluntatem et opus quod ad essentiale premium retributionem sunt equaliter glorificati caritate. et sic patet quod opus publicatum non est dignius sed addit super voluntatem interioris. licet non addat ut addere omni modo additionis. Ideo concedende sunt rationes que ad primam partem inducuntur. Ad id vero quod obicitur de virgine martire quod palmam martirii non amisit. dicendum quod ibi palma martirii non accipitur pro premio accidentali quod est aureola. sed pro premio essentiali scilicet quod est aurea. unde dicitur est martirii palma. sed virginitatis scilicet aurea respondens martirio quod sustinetur exterius. alterius vero scilicet aureola respondens cui quia est spiritualis privilegii et prerogative. Ad id quod obicitur quod operatio ad statum placet per operantem. dicendum quod verum est. actum dum operans bene utitur dono propter quod placet deo ubi ipso disponit se ad maius et aliquo dignius est quo quid non esset nisi in bene utetur. et ideo non sequitur quod si operatio placet deo per operantem quod propter hoc magis placeat operans per operationem quod sunt ... ipse dicit de duobus bonis quorum unum habet bonitatem ab altero quod in alio melius valeat quam valeat alterum illorum per se. Ad id quod obicitur quod mori pro mundo et displicet deo. dicendum quod verum est. sed tamen ex hoc non sequitur quod tota bonitas operis publicati veniat ex intentione. sed quod non potest esse opus per se bonum absque intentione. non tamen opera publicata aliquam bonitatem dederunt sibi habent quam iuncta cum bonitate intentionis aliquam excellentiam tribuunt bene operanti quod non tribuerit alia quando opum. et ideo id verbum quo dicitur quod unum per alterum ut ubique tamen habet hic locum. hoc non intelligitur quando id per quod alterum participat aliquam perfectionem est totum ratio illi participationis. non sic autem est in proposito ut visum est. Ad id quod obicitur quod opera publicata sunt opera excellentia. et ideo minus debent facere ad meritum. dicendum quod opus excellens dupliciter potest dici. aut propter vanam estimationem sicut aliquis reputat excellentiam vindicare se de adversariis et ponderare aliquis. aut secundum veritatis dictamen. et sic sustinere ignominiosissimum genus mortis pro christo est opus magne excellentie. et tale opus excellens non contradicit operi humilitatis. immo simul cum illa stat et ... cum regnat et talis ... et cum habet ... difficultatem et dignitatem et ... pabulum et utilitatem ... non est meritum si disponit ad maiorem gloriam. Ad id quod obicitur quod voluntas reputata

pro toto ubi facultas deest. dicendum quod id est verum quantum ad substantiam ad salutem et quantum ad premium essentiale. quia nemo amittit ex regnum celorum ex hoc quod non facit quod facere non potest. non autem est verum quantum ad premium excellentie sive quantum ad premium accidentale. immo prout est quod opus publicatum addit super interioris bonitatem.

cantor. et quamuis originale sit solum in anima possit esse tamen quod actuale. prout tamen primo modo dicitur non potest originale conuertere in idem peccatum genus cum actuali et sic in speciem differentia inter ea. Ad primum quod obicitur de cupiditate et amore. quod non differunt formaliter. quia maius et minus non uariant speciem. dicendum quod pro parte sic est. adhuc dicendum quod differentia secundum maius et minus non uariat speciem. Reddendo tamen speciem quod est unum in genere naturae. sed non est unum in genere moris. sicut patet quia uita diuisificat formaliter per speciem propter superabundantiam et defectum. non solum a se inuicem sed et a uirtute. secundo modo respondetur quod hic melius dicitur et minus accidentaliter. delectatio autem sub deo est ueniale uel delectatio super deum est criminale mortale. Tertio modo respondetur quod hic unum est de maiori et minori. circa finem. sed non est de maiori et minori ultra finem. conuenit calumniam. id est uniuersaliter. Ergo diuersae alterius speciei quod calumniam inter. Sic et in proposito intelligendum est. quod amare ad citra deum. est talis uel peccatum uel ueniale. et quod in tendat amor. dummodo tamen citra deum est. ueniale peccatum est. si autem proponit ad deum. tunc erit super tamen. et sic cadit in alterum genus peccati. scilicet in peccatum mortale.

Secundo quaeritur utrum peccatum habeat diuidi per auersionem et conuersionem. tamquam per diuersas peccatorum differentias siue diuersa peccata. Et sic uidetur. Jeremiae. ii. Duo mala fecit populus meus. me dereliquerunt fontem aquae uiuae. et cetera. Ergo derelinquere deum. et adhaerere creaturae. duo mala. Ergo sunt duo peccata. Item auersio est per contemptum. conuersio autem est per cupiditatem. Si ergo cupiditas et contemptus sunt diuersa peccatorum genera. uidetur quod auersio et conuersio faciant peccata diuersa. Item in bonis sic est quod alius est habitus quo quis declinat a malo et alius quo facit bonum. scilicet et talis actus sicut patet in timore et amore. Ergo si multo maior est diuisificatio ex parte malorum quam ex parte bonorum. multo fortius uidetur quod aliud sit peccatum quo quis auertit a deo et aliud quo conuertit ad commutabile bonum. Item alius est praeceptum quo praecipitur facere bonum. et alius quo praecipitur declinare a malo. sed auersio est contra illud praeceptum quo quis praecipitur facere bonum. ut uertere se ad deum. et ad ipsum conuerti. Conuersio uero est contra praeceptum quo praecipitur declinare a malo. Ergo si diuersa sunt praecepta. quibus opponuntur conuersio et auersio. ergo sunt diuersa peccata. Item plus conuenit auersio cum alia auersione quam auersio cum conuersione. sed auersio et alia auersione faciunt diuersa peccata. Ergo multo fortius conuersio cum auersione diuersa faciet peccata. Sed contra. super primum. Ecclesiastici. x. Initium omnis peccati superbia. Glossa. caueamus superbiam et cupiditatem. non tamquam duo mala. sed unum a quo omnia oriuntur. Ergo si superbia facit auersionem et cupiditas conuersionem. uidetur quod peccatum auersionem et conuersionem non attendunt duo peccata sed unum. Item augustinus contra pelagianum. peccatum non est appetitus rerum malarum. sed desertio meliorum. Ergo numquam conuersio facit peccatum completum nisi assit auersio. Si ergo auersio conuenit ad esse peccati. uidetur quod penes illa non sumatur differentia peccati. Item omne peccatum mortale est uoluntarium. sed non est uoluntarium nisi ratione conuersionis ad commutabile bonum. Ergo conuersio currit ad esse peccati. Ergo conuersio non potest esse peccati differentia. Item recessio a termino a quo et accessus ad terminum ad quem non faciunt diuersos motus nec diuersos actus. sed auersio dicit recessum a termino a quo. conuersio accessum ad terminum ad quem. Ergo non faciunt diuersum actum uel motum. Sed ab unitate actus est peccatum unum. Ergo non faciunt diuersa. Item in peccato auersio est formalis. et conuersionis. sed formale non potest inueniri cum suo materiali. Ergo si auersio potest inueniri cum conuersione. ergo conuersio et auersio non faciunt diuersa peccata. Respondeo dicendum quod auersio duobus modis accipitur. uno modo prout dicit deordinationem esse actum conuersionis. alio modo prout dicit actum a conuersione distinctum. Primo modo conuersio non potest inueniri sine auersione. nec diuersa facit peccata. immo illa duo essentialiter claudunt in omni peccato mortali. nam conuersio non est culpa. nisi quia inordinata. non est autem inordinata. nisi quia auertit hominem a deo cui debet inhaerere. tamquam fini ultimo. et sic auersio est in peccato. in quantum peccatorum mens cogitat de deo. secundo modo. scilicet prout auersio dicit actum distinctum a conuersione. sic comittitur diuersum peccati genus. scilicet in aliquo est odio habere uel inuidere. sicut super dicitur magister. et constat quod aliud genus peccati est odire deum et aliud amare commutabile bonum. et quamuis ut plurimum auersio in peccato accipiatur prout dicit deordinationem a deo tamquam a fine quam prout dicit motum inordinatum a deo. hic est quod auersio et conuersio, prout comparantur ad peccatum sic dicuntur constituere quam sic dicuntur diuidentes. et idcirco quod hic in auersio et conuersio non faciunt diuersa peccata et rationes quae hoc ostendunt concedendae sunt. quia illa uia procedunt. Ad primum quod obicitur de Jeremia. ii. duo mala fecit populus meus. et cetera. Respondendum potest quod derelictio non nominat de deo deordinationem quae est coniuncta conuersioni sed et per omissionem mandatorum dei et ecclesiae distinguuntur illa duo mala. non sicut conuersio et conuersio sed sicut omissio et commissio. Uel dicendum quod duo mala dicuntur. non quia sint duo peccata. sed quia sunt duae malae radices concurrentes ad complectionem unius peccati sicut dicitur glossa praeposita super. x. Ecclesiastici. Ad primum quod obicitur quod auersio est per contemptum et conuersio per cupiditatem. sicut patet per legem. ii. dicitur

aversione et conversione pro dicto actu et motu. quod
si autem intelligatur ut accipiatur conceptus et cupidi
tas large prout concurrit ad unum peccatum sic non
sunt duo mala sed unum. ad illud quod obicitur quod alia
est virtus scilicet qua quis declinat a malo et qua
quis facit bonum. dicendum quod declinare a malo di
citur dupliciter. sicut dictum est de aversione. prout enim declinare
a malo dicit actum detestationis et fugere ma
lum dicit diversum actum et motum ab eo quod est facere
bonum. prout autem dicit recessum a malo sic non
dicit diversum actum et habitum. quia eodem motu et habi
tu quo quis accedit ad bonum elongatur a ma
lo. // ad illud quod obicitur quod alio precepto opponitur
conversio et alio aversio. dicendum quod falsum est. nam aversio
et conversio non sunt contra diversa precepta. sed concurrit ad
idem peccatum quod est tam contra preceptum affirmati
vum quam contra preceptum negativum. vel forte accipiatur
aversio prout nominat actum vel motum contrarium. ad
illud quod obicitur. quod plus differt aversio cum aversione. dicendum quod
verum est. convenientia tamen que est in hoc quod consignificantur
in aliquo tamquam in uno causali. sed non est ita in con
venientia ordinis qua concurrunt ad constitutionem unius totius
non enim unum tantum peccatum constituitur ex pluribus aversioni
bus sicut ex aversione et conversione simul concurrentibus.

Postea ista sunt dubitationes circa litteram. et primo quod dicit
quod dicat. quod peccatum transitum est in aliquo reatu praeter
transit actu. et cetera. videtur enim hoc esse falsum. aut enim rea
tus sive obligatio peccati fundatur super actum peccati aut
super privationem. aut super deformitatem. si super actum
ergo transeunte actu necesse est peccatum transire. ergo non ma
net peccatum quantum ad reatum postquam transit quantum ad
actum. si super privationem. ergo cum privatio permane
at in homine post gratie susceptionem. videtur quod rea
tus remaneat post peccatum et post gratiam susce
ptam. quod est plane falsum. si super deformitatem. sed
contra deformitas dicitur privatio et privatio nichil est. ergo funda
tur reatus peccati super nichil. ergo pro nichilo obligatur
homo ad penam. si ergo non est plus in peccato quam ista tria.
non videtur quod peccatum possit remanere reatu et transire
actu. quia quod super quod fundatur reatus sive obligatio
ad penam. // Responsio dicendum quod sicut quod tria sunt in peccato in
dividua actus peccandi et habitus privationis sive ma
cula peccati. et tertio deformitas sive boni privatio. quia defor
mitas dicitur. et secundum hoc triplex fuit hic modus dicendi. quidam
enim dixerunt quod reatus peccati fundatur super actum.
nec tamen sequitur quod transeat est actus pro eo quod pro ac
tu preterito potest homo manere obligatus ad penam
futuram. est enim quis ex privatione actionis sive re
pene efficax et si actus ille pertranseat reatus
sive obligatio non pertransit. sicut patet in latrone vel in
eo qui aliquid furatur perficit. sed huic modo dicendi
obviat possibilitas absolutionis a reatu. si enim rea
tus fundaretur super actum preteritum. cum actum preteritum
necesse sit esse preteritum. tunc est. vel enim non potest non esse vel. quod
manifeste falsum est. // alius modus dicendi fuit quod reatus
fundatur super privationem. quia quidem privatio dicitur esse in
macula peccati. et illa macula est quedam dispositio re
ddens animam execrabilem. et ratione amotionis illius
macule dicimur lavari in sanguine christi a peccatis nostris.
sed huic modo dicendi obviat possibilitas amotionis illius
privationis absque infusione gratie. sicut patet quod de
avaro fit prodigus. aufertur quidem ab eo privatio ad avari
ciam. si ergo reatus fundaretur super illam privationem.
cum quis de avaro fiet prodigus absque gratia esset a
reatu peccati absolutus. quod plane falsum est. // tertius
modus dicendi est quod reatus fundatur super defor
mitatem. deformitas autem non tantum dicitur boni privatio. sed et de
bitum habendi. et quia peccator deo iusticiam et hono
rem. et dum illius privatur per peccatum deformatur. et ex hoc
obligatur ad sustinendam penam. quia enim debitor est
et non potest solvere in operibus meritoriis ut persol
vere in passionibus. sed huic modo dicendi obviat reatum
multiplicatas. quot enim peccata homo actualiter con
traxit tot penis reus est. ex multis autem peccatis eius
spiritu una resultat in anima deformitas. preterea carentia
boni in homine obligat ad carentiam summi boni non
ad passionem supplicii sicut patet in parvulis. preterea remota
deformitate per gratiam adhuc remanet obligatio ad penam.
Et ideo dicendum potest quod reatus sive obligatio ad penam du
plex est. quedam scilicet pene eterne. et quedam pene tempora
lis. obligatio vero pene temporalis non requirit culpam
presentem. sed sufficit ad illam obligationem quod cul
pa fuerit preterita. et quod non fuit secuta sufficiens plena
emenda. obligatio autem ad penam eternam fundatur
super ipsam culpam. culpa autem proprie loquendo non est ipsa
privatio. sed ipsa deordinatio. sive quod est in actu. sive
quod est in anima. deordinatio autem in actu consistebat
in conversione et aversione. et secundum hanc duplicem
comparationem anima deordinatur cum peccat. et illa deor
dinatio in anima ratione aversionis dicitur deformitas ratione vero
conversionis dicitur macula. dico ergo quod reatus pene eterne
fundatur super peccatum. tamen quod est deformitas et quod est macu
la. sed differenter. quia ratione aversionis dignus est suppli
cio. fundatur autem reatus super maculam et deformitatem
que est in anima per comparationem ad actum per quem illa ma
cula macula vel deformitas est introducta. et ideo multi
plicatur reatus secundum quod multiplicatur peccatum commissum. et
per hoc patet responsio ad obiecta. nam dico quod reatus pene

dignus pena cum summo bono ratione conversionis

eterne non simpliciter fundatur super maculam secundum quod dicit
priuationem uel potentiam aliquam. Sed potius per quod dicit deordinationem
et priuationem. dico etiam quod non fundatur super defor-
mitatem solum ratione priuationis. Sed et ratione debiti. non so-
lum ratione auersionis. Sed et ratione debiti. non solum con-
uersionis. non solum super peccatum quod est deformitas. sed super quod
est macula. et hoc est quod magister dicit in littera. reatum re-
manet peccatum in homine cum preceo siue transierit siue ac-
tu sit mens hominis polluta est et corrupta. quousque
homo suppliciis est obligatus. Tertius et loquitur hic
magister sicut patet de reatu pene eterne non temporali. rea-
tus enim pene temporalis bene fundatur super id quod preterisit.
Item quod dexter quod dicat modi peccatorum uarias in scriptura
habent distinctiones. uidetur enim quod non solum ita uarias habent
immo et infinitas. quia sicut uult philosophus bonum est uno
modo. malum autem multipliciter. Et ipse et dyonisius dicit quod malum
est infinitum. ergo uidetur quod in scriptura non possit haberi distin-
ctionis certitudo. Iuxta hoc quod deinde et sufficientia
harum distinctionum quas magister ponit in littera. uidetur enim
quod aliquas inde conuenienter assignetur. quia cum omne peccatum
sit in uoluntate ex libero motu male distinguitur
peccatum. ipsum quod est ex amore. et quod est ex timore. Item
cum omne peccatum sit in cogitatione et uoluntate male distin-
guitur peccatum per peccatum in cogitatione locutione et opere. Item cum
omne peccatum sit in deum male distinguitur peccatum per istas
tres. in deum et in se et in proximum. Item cum in omni peccato
sit defectus alicuius circumstantie. omne peccatum uidetur esse ob-
missio. ergo male distinguitur per commissum et omissum.
Postremo uidetur cum omnis peccati initium sit superbia. quod
male distinguatur peccatum per vii. capitalia. Responsio
dicendum quod magister in hac parte vii. innuit diuisiones
peccati. secundum septemplices ipsius comparationes. Primo namque
peccatum comparatur ad causam suam ex qua habet ortum.
et sic est illa diuisio peccati in actuale et originale. Secundo
comparatur ad penam ad quam tendit et sic est illa diuisio peccati in
mortale et ueniale. has duas diuisiones magister premisit
supra. Tertio comparatur ad motiuum quod quidem uel est
ad bonum assequendum uel ad malum fugiendum. et sic est
tertia diuisio quam magister ponit in peccatum ex amore et peccatum ex timo-
re. Quarto peccatum habet comparari ad actum sub-
stractum et sic est quarta diuisio peccatorum peccatum cogitationis uer-
bi et operis. secundum triplicem potentiam scilicet affectiuam. interpre-
tatiuam et operatiuam. cogitatio enim a passione ibi ac-
cipitur. Quinto comparatur peccatum ad personam quam
offendit et sic est quinta diuisio peccati in deum et in se et in
proximum. Sexto comparatur peccatum ad mandatum
contrarium. et sic est illa diuisio in delictum et commissum.
quia delictum est contra preceptum affirmatiuum et commissum
contra negatiuum. Septimo comparatur ad causas quibus

oritur. et sic est illa diuisio peccati in vii. dictas capitales.
et sic magister ponit vii. diuisiones secundum vii. peccati compara-
tiones. quamuis tamen alie diuisiones reperiantur ad aliquam
harum reduci possunt. pro eo quod sumuntur secundum aliquam
istarum comparationum. sicut illa diuisio qua beatus Johannes in canonica
sua. dicit peccatum in superbiam uite et concupiscentiam oculorum
et concupiscentiam carnis. reducitur ad illam que est ex
parte motiui. Similiter et illa diuisio qua ysidorus dicit
primum peccatum quod est carnale. et in firmitate et ignorantia.
Similiter illa diuisio quam glossa. dicit in peccata carnalia et spi-
ritualia quam sumit ex illo apostoli ii. cor. vii.
emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus.
reducitur ad tertiam qua peccatum diuiditur per comparationem
ad actus substractos. et sic patet sufficientia numeri
et ordo istarum diuisionum. Ad illud ergo quod obicitur quod ma-
lum est infinitis modis. dicendum quod licet hoc sit uerum ex parte
ipsius mali et etiam per comparationem quas habet ad potentias
(???) et ad proximas personas. tamen ratione boni cui op-
ponitur. et ratione comparationum generalium modis finitis
quibus uariis habet distingui. Ad aliud quod obicitur quod diuisio-
nes ille que hic assignantur non recte sumuntur ma-
xime quia in illis tribus diuisionibus ipsum membrum generale est
ad omne peccatum. dicendum quod in illis tribus diuisionibus ipsum membrum
accipitur quod est expressum ut sit sensus peccatum quod sit ex amore tantum
quod ex amore pie et timore similiter et in aliis diui-
sionibus. uel dicendum quod dicit peccatum penes motiuum et actum
et obiectum prout hoc accipiunt propie et immediate. Illud
uero quod obicitur contra illam diuisionem que est in delictum et com-
missum. non ualet. quia non quelibet obmissio cuiuslibet bone cir-
cumstantie dicitur delictum. sed illa que est obmissio actus
debiti. Ad ultimum dicendum quod superbia dicitur duplici
modo prout omnis contemptus et erectio in nos uel sup-
bie continetur. et sic est initium omnis peccati. Inordinatum enim
peccato homo superbit et se erigit contra deum. alio modo dicitur
superbia appetitus dignitatis et honoris. et hoc modo
est speciale peccatum distinctum ab aliis peccatis. Item quod contra
dexter quod dicat vii. esse uicia capitalia uidetur quod plura
quia super id prouerbiorum vi. sex sunt que odit dominus. Glossa.
vi. capitalia uicia enumerat quorum in comparatione septi-
mum minima sunt. et ista non continentur sub illis. ergo uidetur
esse xiiii. Item ysidorus super genesim. enumerat viii.
capitalia. scilicet castrimargiam. fornicationem. philargiriam.
tristitiam. cenodoxiam. acidiam. superbiam. et iram
uel quod ista diuisio sit diminuta uel alia superflua.
Item cum uicia opponantur uirtutibus. et nos habemus
habitus uirtutum decem et beatitudinum. uidetur quod debeant esse
capitalia uicia saltem xvi. Item cum uirtus habeat
duo uicia extrema penes superhabundantiam et defectum
quare si uirtutum habitum duplicari nulla capitalium

viciorum ut plurimum. Iuxta hoc etiam quaeritur quare cum habeant aptitudinem ad vitium penes sensus tactus et gustus, ut luxuriam et gulam, quare non habent penes alios sensus. Quaeritur etiam pro quanto dicatur aliquod capitale peccatum; et tenuis est sufficientia istius divisionis. Respondeo dicendum quod capitale vitium dupliciter potest dici: aut quia principium est et magnum in genere vitiorum, aut quia caput est et principium aliorum. Primo modo accipit magister in Glossa [illegible] ubi vocat illa vitia capitalia quia magna sunt et ideo digna sunt magna poena. Secundo modo accipit hic capitale. Dicendum quod vitium capitale illud quod est radix et principium multorum peccatorum. Unde Gregorius cuilibet capitali vitio assignat filias. Primum autem hoc ideo ponit esse caput et principium aliorum, quia eius motivum a deo cadit in animae appetitum quod potest perpetrare actionem et motum quae velut ex ipso consurgat quadam quasi corporis quadam in medietate varietate ramorum et membrorum, filiarum et filiorum. Et hinc est quod infidelitas non opponitur fidei, non ponitur esse capitale peccatum, quia error non cadit per animae appetitum. Similiter prodigalitas quae est opposita avaritiae. In inani autem gloria uno modo est capitale vitium, alio modo est filia. Nam prout inanis dicitur gloria dicit appetitum. Similiter prodigalitas quae est opposita avaritiae. Inanis autem gloria uno modo est capitale vitium dignitatis et excellentiae, sic est idem cum superbia, et est capitalium vitiorum. Et sic accipit magister illam, quia animus diviniter movetur ad excellentiam et dignitatem appetendam. Prout autem inanis gloria dicit appetitum laudis, sic est filia, quia non desideratur laus humana nisi propter excellentiam. Et sic patet quod non est confusa ista assignatio et illa Isidori. Isidorus enim accipit cenodoxiam sive inanem gloriam pro superbia. Et ultimo superaddit superbiam septem capitalibus quasi omnium vitiorum reginam. Sufficientia autem capitalium et numerus multiplex potest accipi. Uno modo sic: cum primum capitale sit corruptio sive pravitas, et eius adeo non prava est, ex corruptione potentiarum animae multiplex est. Sic est multiplex illa pravitas. Pravitas autem illa potest multipliciter exponi, ob sic. Quia aut attendit quod ad appetitum appetentis boni, aut quod ad fugam appetentis mali. Si primo modo: aut boni interioris, et sic est superbia; aut exterioris, et sic est avaritia; aut interioris prout spectat ad conservationem speciei carnis, et sic gula; aut ad conservationem speciei, et sic est luxuria. Si autem appetitus mali, hoc potest esse duplex: aut mali interioris, et sic est invidia; aut exterioris, et sic ira; aut inferioris, et sic est acedia, quae refugit malum carnis. Sed iste modus sumendi non [illegible] [illegible] generis. Omnis enim pravitas diversa est per appetitus boni. Et ideo est alius modus multiplicandi hanc pravitatem per diversitatem virium animae, quoniam pravitas aut attenditur in ipsa vi vel irascibili per se, aut per coniunctionem ad sensibilem, aut per coniunctionem ad vegetabilem. Si per se sic potest esse tripliciter: aut in comparatione ad deum, et sic superbia; aut ad proximum, invidia; aut ad seipsum, et sic est acedia. Si per coniunctionem ad sensibilem, sic duplex, pro eo quod duplex est modus sensibilis, videlicet concupiscibilis et irascibilis. Si per coniunctionem ad sensibilem concupiscibilem, sic est avaritia; si ad irascibilem, sic est ira. Si attendatur per coniunctionem cum vegetabili, sic potest esse duplex: aut quod ad generativam, et sic est luxuria; aut quod ad nutritivam, et sic gula; quod ad augmentativam nulla est, quia illa est pure naturalis. Sed quoniam ira non est spiritualis pro eo sicut invidia et acedia, adhuc videtur quod iste modus assignandi aliquid habeat inconveniens. Propter tertio modo potest dici quod pravitas ad aliquod appetens boni. Aut est respectu boni quod respicit spiritum per se, aut respectu boni quod respicit spiritum in carne. Si respectu boni quod respicit spiritum per se, hoc potest esse quadrupliciter, pro quatuor conditiones boni ad quas pravus est appetitus noster. Appetit enim quis bonum sub ratione dignitatis, et haec per superbiam; sub ratione proprietatis, et sic est invidia; sub ratione securitatis, et sic est ira; sub ratione quietis, et sic est acedia. Si vero sit haec pravitas respectu boni quod respicit spiritum in carne, hoc potest tripliciter esse secundum triplicem conditionem sub qua spiritus carnalis bonum appetit: aut enim appetit bonum sub ratione sufficientiae, et sic est avaritia; aut sub ratione delectationis, et sic est luxuria; aut sub ratione refectionis, et sic est gula. Ex his sufficientia patet et numerus vitiorum capitalium. Non enim accipiuntur propter comparationem ad virtutes nec ad contraria nec ad beatitudines, sed propter pravitates respicientes conditiones boni appetentis. Patet etiam quare penes alios sensus non habent capitalia vitia sicut penes gustum et tactum, quia in his regnat pravitas amplius quam in aliis sensibus. Et si delectationes quaerit in aliis sensibus, ad has reducuntur, ut puta si quis velit aspicere mulierem pulchram ut inde delectetur et concupiscat, reducitur talis delectatio ad luxuriam. Similiter si aliquis velit aspicere pulchrum equum vel librum ut ipsum habeat, talis delectatio reducitur ad avaritiam. Sic enim appetitus spiritus carnalis quietatur dum habet bonum sufficiens, delectans et reficiens. Non accipit nisi propter hoc tantum. Item quaeritur de hoc quod dicit: Initium sive radix omnis peccati superbia est, quia dicit Isidorus super Ecclesiasticum patet: "Initium omnis peccati superbia", et primum in superbia est. Et cum non possit esse placitum initium principale, videtur quod superbia non sit initium omnis peccati. Item obiicitur pro quo magis obiicit in illo, quia primo ad Timotheum ultimo: "Radix omnium malorum est cupiditas." Similiter dicatur quod hic duo sunt radices peccatorum per diversam comparationem; quia autem tantum de diversitate radicum compellatur nomine radicis, et quasi dicitur sit ut capitale vitium

et radicem. Item que differentia sit inter initium et radicem.
Pro quo dicendum quod differunt dicendo initium et radicem. Nam initium proprie dicitur a quo inchoat motus. Radix vero dicitur illud unde trahit fomentum et nutrimentum. Et ideo est primum trahat fomentum ~~et nutrimentum~~ et ideo est primum trahatur expresse apostolus et dicit ecclesiastici x°. Hic est quod initium attendit expresse aversionis. Radix ex parte conversionis proprie loquendo. Et quoniam aversio est ratione contemptus et conversio est ratione cupiditatis sive libidinis. Hinc est quod superbia proprie loquendo dicitur initium et cupiditas dicitur esse radix. Et quoniam in quolibet peccato est aversio et conversio. Hinc est quod superbia dicitur initium omnium peccatorum et cupiditas radix omnium malorum. Et sic possunt stare ista duo. Accipitur tamen aliquando nomen radicis pro nomine initii et econverso. Capitale autem vitium differt a radice in hoc quod sicut caput dicitur principale membrum et membrum completum et quod est principium aliorum quantum ad motum et sensum sic capitale vitium notat peccatum completum a quo alia vitia oriuntur. Radix vero dicitur aliquid sub maiori incompletione. Et ideo proprie loquendo radix non notat genus peccati determinatum. Sed pravitatem libidinis que oritur [illegible]. Dicendum quod radix aliquando accipitur generalissime. Aliquando generaliter. Aliquando minus generaliter. Generalissime ut cum dicitur libido sive cupiditas est radix omnium malorum. Generaliter vero ut cum dicitur quod duplex est radix. Amor male accendens et timor male humilians. Amor vero accipitur [illegible]. Timor vero male humilians. Minus generaliter ut cum dicitur quod septuplex est radix. Sic autem
Contra augustinum error et superbia vite propter [illegible] ad septem [illegible] videlicet ad bonum intrinsecus extrinsecus et intimus. Cum [illegible] peccatum septem accipi potest sive notari aut per recessum [illegible] a lege maiestatis et sic dicitur superbia sive contemptus. Aut a lege veritatis et sic dicitur error. Aut a lege bonitatis et sic dicitur insipientia que est contra sapientiam et sic patet quod non est contrarietas quando dicitur quod initium omnis peccati est superbia et quando etiam dicitur error et insipientia. Patet etiam quod non est contrarietas in hoc quod aliquando dicitur quod una est radix. Aliquando quod due aliquando quod tres. Patet etiam differentia initii et radicis et ipsius radicis et vitii capitalis. Et hec de generali divisione peccatorum dicta sufficiant.

d. xliii. Post predicta quedam peccati genera etc. Superius egit magister de distinctione peccatorum in generali. In hac parte descendit ad quoddam speciale genus peccati. Dividitur autem pars ista in partes duas. In quarum prima magister determinat de peccato isto comparando illud ad alia peccatorum genera. In secunda vero determinat de ipso quod sit per assignationem partium eius. Ibi: Sed queritur quid sit illud peccatum etc. Prima pars remanet indivisa. Secunda dividitur in partes tres secundum triplicem assignationem peccati in spiritum sanctum. In quarum prima magister ponit assignationem unam per eius differentias magis notas que quidem sunt obstinatio et desperatio. In secunda vero ponit eius assignationem per differentias minus manifestas. Ibi: Est et alia huius peccati assignatio. In tertia vero subiungit ultimus peccati assignationem certam et diffinitivam. Ibi: Ideo quorundam peccatum in spiritum sanctum diffinitiva assignatio etc. ille
Prima pars [illegible] dividitur in partes duas. In quarum prima determinat veritatem. In secunda dissolvit dubitationem. Ibi: Sed queritur utrum omnis obstinatio etc. Illa secunda dividitur in duas. In quarum prima ponit magistri huius peccati assignationem. In secunda ponit huius assignationis explanationem. Ibi: Illam tamen assignationem Augustinus etc. Similiter tertia pars habet duas. In quarum prima ponit peccati in spiritum sanctum secundum ambrosium diffinitivam assignationem. In secunda vero removet dubium. Ibi: Non tamen distinctio illa ubique sic accipienda est.

Ad intelligentiam huius partis queritur hic quod de peccato in spiritum sanctum de quo secundum ipsius explicationem [illegible] queruntur tria. Primo queritur de ipso in comparatione ad alia genera peccatorum. Secundo queritur de ipso quantum ad conditiones proprias. Tertio queritur de ipso quantum ad eius species et differentias. Circa primum queruntur duo. Primo queritur utrum peccatum in spiritum sanctum dicatur genus peccati distinctum. Secundo queritur utrum peccatum in spiritum sanctum semper habeat aliud distinctum peccatum actuale preambulum.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum peccatum in spiritum sanctum dicatur genus peccati distinctum ab aliis generibus peccatorum. Et videtur quod sic. Primo per verbum magistri in littera. Est quoddam peccati genus ceteris gravius et abhominabilius quod dicitur peccatum in spiritum sanctum. Item [illegible] mortale et veniale faciunt diversa peccatorum genera. Sed in ratione [illegible] remissibile. Sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum irremissibile. Ergo videtur quod peccatum in spiritum sanctum sit aliud genus ab aliis generibus peccatorum. Item peccatum in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa malicia. Si ergo peccatum ex certa malicia dicitur contra peccatum ex ignorantia et infirmitate, ergo videtur quod peccatum in spiritum sanctum sit genus peccati distinctum. Item quod habet species distinctas contra [illegible] aliorum peccatorum distinctas est genus peccati distinctum ab aliis peccatorum generibus. Sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi quoniam eius species sunt desperatio et presumptio, obstinatio et veritatis agnite impugnatio que sunt proprie species huius peccati. Ita quod non aliorum. Ergo etc. Sed contra peccatum peccatum in spiritum sanctum sic dicitur f 9

magis ultra. est ad peccatum ad mortem. Sed omne peccatum mortale est peccatum ad mortem. Ergo cum peccatum ad mortem sit generale ad omnia peccata, dicitur. Ergo etc. Item in spiritum sanctum.

Item peccatum in spiritum sanctum aut sic nominatur quia est in personam spiritus sancti, aut quia est in id quod est appropriatum spiritui sancto. Si quia in personam spiritus sancti, sed una est maiestas patris et filii et spiritus sancti. Ergo omne peccatum quod est in spiritum sanctum est in patrem et in filium, et omne quod est in patrem est in spiritum sanctum. Ergo hoc modo est generale ad omne peccatum. Si vero quia in effectum appropriatum spiritui sancto, ut puta in bonitatem et gratiam, sed omne peccatum in bonitatem et in gratiam spiritus sancti est. Ergo omne peccatum est peccatum in spiritum sanctum.

Item peccatum dividitur in peccatum ex infirmitate et ex ignorantia et ex malitia. Ita quod peccatum ex malitia dicatur esse peccatum in spiritum sanctum. Sed peccatum ex ignorantia et peccatum ex infirmitate non dicatur speciale genus peccati. Omne enim peccati genus ex ignorantia potest esse et ex infirmitate. Ergo nec etiam similiter quod peccatum ex malitia dicatur determinatum peccati genus.

Item omne quod quis facit ex ignorantia potest facere ex certa scientia vel ex industria. Ergo si quodlibet genus peccati potest fieri ex certa industria, videtur quod peccatum in spiritum sanctum circumveniat omnia peccatorum genera. Non ergo debet esse peccati genus ab aliis peccatorum generibus distinctum.

Respondeo. Dicendum quod peccatum in spiritum sanctum dicit genus peccati distinctum ab aliis generibus peccatorum ratione triplici, videlicet ratione principii et ratione sui oppositi et ratione actus substracti. Ratione principii, quia peccatum in spiritum sanctum dicitur esse illud quod est ex certa malitia sive industria, ex qua non procedit omne peccatum, sed illud solum quod homo facit scienter. Ratione oppositi similiter distinguitur, quia cum triplex sit gratia, videlicet naturalis, habitualis et spiritualis, peccatum in spiritum sanctum specialiter habet oppositum gratiae paenitentiali et eam impugnat quae ad sui inceptum et quae ad sui terminum, sicut ... procedit gratiam inceptam, et ... alia impugnat gratiam vero. Ratione vero actus substracti similiter distinguitur, cum peccatum illud sit impugnativum gratiae et malum sit in ipso spiritu. Sic peccatum in spiritum sanctum consistit in actum ipsius spiritus, sicut patet in desperatione et obstinatione. Unde fornicatio et adulterium non potest aliquo modo dici peccatum in spiritum sanctum ratione sui principii sive oppositi ... actus substracti. Peccatum in spiritum sanctum et est speciale genus peccati determinatum, et ratione horum trium sic nominatur ut dicatur peccatum in spiritum sanctum, videlicet ratione malitiae ex qua procedit, quae directe opponitur bonitati appropriatae spiritui sancto, sive ratione principalis sive finalis gratiae quam privat, quae est effectus appropriatus spiritui sancto, sive rationem quod actus spiritualis esse quod consistit. Unde dicitur dicatur peccatum in spiritum sanctum quia est in spiritu et est actus spiritus malignantis. Et sic patet quod peccatum in spiritum sanctum est genus peccati ab aliis generibus peccatorum distinctum. Et hoc ergo sunt rationes quae ostendunt hoc.

Ad primum quod obicitur quod est peccatum ad mortem, dicendum quod peccatum dicitur ad mortem per similitudinem ad mortem corporalem. In morte autem corporali tria concurrunt, quorum primum est amissio vitae, secundum est corruptio dispositionis ex parte corporis ad susceptionem animae, tertium est impossibilitas reparationis. Per cursum naturae ad primum conditionem dicitur peccatum in quo est amissio vitae dicitur esse peccatum mortale sive ad mortem. Quod ad secundam, peccatum in spiritum sanctum dicitur peccatum ad mortem, quia tollit dispositionem ad susceptionem gratiae, quae quidem consistit in susceptione pure. Quod vero ad tertiam conditionem, peccatum ideo dicitur ad mortem in quo quis continue moritur. Cum ergo dicitur quod omne peccatum mortale est ad mortem, et quod peccatum in spiritum sanctum est peccatum ad mortem, differenti modo accipitur peccatum ad mortem.

Ad illud quod obicitur quod aut dicitur peccatum in spiritum sanctum quia est in personam etc., dicendum quod non dicitur peccatum in spiritum sanctum propter hoc quia est in personam, sed quia est in appropriatum effectum; non quia in omnem effectum appropriatum, sed quia in effectum supremum inter appropriata spiritui sancto. Hic autem est donum gratiae finalis sive principalis ... quod ad statum gratiae finalis, in qua consistit omnis gratiae efficacia ... ideo omne peccatum est in effectum illum, et propter hoc non sequitur quod omne peccatum sit in spiritum sanctum.

Ad illud quod obicitur quod omne peccatum potest esse peccatum ex ignorantia et infirmitate, dicendum quod non est simile, quoniam ignorantia non determinat sibi aliquem actum, et similiter infirmitas, et ideo non dicit genus peccati determinatum. Sed tamen omnia peccatorum genera sunt. Dicendum est de peccato quod est ex infirmitate. Non sic autem est de peccato quod est ex malitia. Ad hoc enim quod sit peccatum in spiritum sanctum non sufficit quod sit ex certa scientia et industria, sed requiritur determinatio generis quantum ad actum substractum.

Ad primum quod obicitur quod omne peccatum potest fieri ex malitia, dicendum quod etsi malitia concurrere possit ad omne peccatum, non tamen ... facit peccatum in spiritum sanctum. Unde si aliquis senex qui non habet appetitum fornicandi excitaret carnem suam ut fornicaretur, non diceretur in illa fornicatione peccare peccato in spiritum sanctum, quamvis illud peccatum committeret ex industria et quadam malitia. Cum ergo dicitur quod peccatum ex malitia est peccatum in spiritum sanctum, hoc solum intelligitur de illis generibus peccatorum quae propter ex malitia habent ortum, sicut est invidentia fraternae gratiae et impugnatio veritatis agnitae.

Ad quartum dicendum quod peccatum in spiritum sanctum habet aliquod peccatum preambulum, et quod sic dicit magister in littera quod peccatum in spiritum sanctum est peccatum desperationis vel obstinationis. Sed nullus desperat vel obstinatur nisi per aliquod precedens peccatum. Ergo videtur quod semper aliquod peccatum sit preambulum ad peccatum in spiritum sanctum. Item peccatum in spiritum sanctum vel est finalis impenitentia vel habet semper ante se finalem impenitentiam quantum est de se. Sed impenitentia non est nisi peccati precedentis, sicut nec penitentia. Ergo numquam est peccatum in spiritum sanctum quin habeat aliquod peccatum preambulum. Item peccatum in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa malicia. Ergo necesse est quod antequam homo peccet peccato in spiritum sanctum necesse est esse aliam culpam preambulam. Item [illegible] nemo repente fit summus. Ergo videtur quod in malis nec statim labatur in profundum. Sed per illud peccati genus labitur homo in profundum malorum. Videtur ergo quod illud peccatum semper habeat aliquod preambulum quod disponat ad ipsum. Sed contra: quatuor sunt nobis inflicta, sicut dicit Beda, propter peccatum primi parentis, videlicet infirmitas, ignorantia, malicia et concupiscentia. Sed possibile est quod homo primo peccato peccet peccato ex ignorantia et ex infirmitate. Ergo similiter possibile quod primo peccet peccato quod ex malicia procedit. Item quecumque peccatorum genera sunt diversa, possibile est peccare peccato uno absque alio. Sed peccatum in spiritum sanctum est distinctum peccatum ab aliis generibus peccatorum; possibile est ergo aliquem peccare illo genere peccati et si non precesserit aliud peccatum. Item impugnatio veritatis agnite est hic peccati species. Sed ita bene potest quis impugnare veritatem agnitam sicut veritatem ignoratam. Ergo videtur saltem quod ad illam speciem absque alio peccati genere committi possit peccatum in spiritum sanctum. Item peccatum in spiritum sanctum consistit esse actum spiritus. Sed magis pendet actus carnis ex actu spiritus quam econverso. Ergo si homo potest peccare peccato carnis nullo alio peccato precedente preparatione, immo multo fortius videtur hoc esse verum de peccato in spiritum sanctum. Respondeo dicendum quod de peccato in spiritum sanctum differenter est loquendum secundum eius species differentes. Quedam enim sunt species peccati in spiritum sanctum que nullo modo possunt esse absque peccato preambulo, sicut sunt obstinatio, desperatio et finalis impenitentia. Ista enim respiciunt peccatum preambulum quasi materiam circa quam sunt. Nec enim desperat de venia nisi qui commisit culpam, nec obstinatur in malo nisi qui fecit malum, nec impenitens est nisi qui habet unde peniteat. Sunt et alie species peccati in spiritum sanctum que quidem possunt esse absque peccato preambulo pro eo quod actus ipsarum non respicit de necessitate peccatum, sicut est impugnatio fraterne gratie et impugnatio veritatis agnite. Similiter est et presumptio de impunitate. Potest enim quis fraterne gratie invidere et veritatem agnitam impugnare et de impunitate presumere etiam si nulla actualis culpa precesserit. Et hoc propter libertatem voluntatis quia

quodlibet horum peccatorum, quia deordinata potest se precipitare, attamen quia ista sunt peccata valde gravia vix aut numquam contingit quod aliquis in hec cadat nisi mens eius fuerit per alia et alia peccata depravata. Concedendum est ergo quod peccatum in spiritum sanctum non solum est genus peccati distinctum ab aliis peccatorum generibus per formam, sed etiam separatim potest per genera cadere, ita quod committatur sine culpa preambula, quamvis rarissime contingat. Unde rationes que ad illam partem inducuntur concedende sunt. Illa tamen ratio que fiebat de eo quod minus dependet actus spiritus ab actu carnis etc., dicendum quod illa ratio non cogit quin peccatum in spiritum sanctum possit esse sine aliis peccatis, pro eo quod actus spirituales sunt anime pertinentes, non solum transeunt super materiam debitam sed etiam super alios actus, unde subsistunt super alios actus quasi supra materiam. Sic et peccata que habent esse actus illos consistere, ut plurima alia peccata presupponunt tamquam materiam, sicut obstinatio et desperatio. Non sic autem est de actibus corporalibus, quia quidam non transeunt in alios actus sed in materiam extrinsecam, et ideo illa peccata que circa illos actus existunt non habent alia peccata tamquam materialia. Et huic consonat illud quod dicit grammaticus, quod verba pertinentia ad animam requirunt dationem per infinitivum sequentem; non sic est de actibus pertinentibus ad corpus. Et ideo ratio illa non cogit, nec etiam illa que dicit quod est genus peccati distinctum; esto enim quod esset sine aliis, nec possunt distingui ab aliis, quia multa sunt inseparabilia secundum esse que tamen distinguuntur formaliter. Ad primum autem quod obicitur in contrarium de obstinatione et desperatione, dicendum quod ratio illa procedit ab insufficienti, quamvis enim illud sit verum in aliquibus generibus peccati in spiritum sanctum. Ad illud quod obicitur quod finalis impenitentia est annexa omnibus speciebus illius peccati, dicendum similiter quod non illud cogit, pro eo quod secundum in spiritum sanctum committit homo aliquod peccatum, et tamen potest habere propositum non penitendi, sicut ille qui impugnat veritatem agnitam vel invidet fraterne gratie, vel et sic est de eo qui adeo presumit de benignitate divine misericordie quod nullum relinquit effectum iustitie, et ex hoc proponit mala facere et numquam de eis penitere. Et hoc totum potest esse sine aliquo peccati genere. Ad illud quod obicitur quod illud peccatum est ex malicia, dicendum quod malicia secundum quod est huius peccati radix potest dici malicia contracta, que est peccatum originale, vel potest dici malicia acta, scilicet actualem pravitatem voluntatis; et primo modo precedit natura et tempore, secundo modo concomitatur. Non enim oportet quod antequam fuit malitiosus, sed nec malignari in spiritum sanctum precurrat; et ita non oportet quod precedat aliqua malicia actualis peccati depravans voluntatem, sed sufficit quod precedat tempore malicia que est prima originis. Ad illud quod obicitur quod nemo repente fit summus, dicendum quod non est simile, quia gravius

nō possit aliquis n ordinate ascende ...
te descende. siue subito se p[ro]p[ter]ea ... effi
ciat[ur] h[om]o ita p[ro]pter malus q[uo]n[iam] ... vel p[ec]c[a]t in
sp[iritu]m s[anctum]. i[m]mo q[uan]to plures p[ec]cat tanto mag[is] labi
tur i p[ro]fundu[m].

Consequ[en]t[er] q[uaer]it[ur] de h[oc] p[e]c[cat]o q[ua]ntu[m] ad co[n]dic[i]ones
s[u]as. [et] c[ir]c[a] h[oc] q[uaer]unt[ur] duo. p[ri]mo q[ua]d[e] h[oc]
p[e]c[cat]i g[ra]uitate. S[ecund]o q[uae] de h[oc] p[e]c[cat]i irremissi[bilitate].
Circa p[ri]mu[m] sic p[ro]ceditur. [et] q[uo]d u[ide]t[ur] illud p[e]c[cat]u[m]
g[e]n[er]e sit g[ra]uissim[um]. q[uia] sic u[ide]t[ur]. [Pro]p[ter] [Pa]uc[i]t[at]e[m]
magn[a] [et] alia [et] p[e]cc[at]a alia p[e]c[cat]i g[ra]u[ior] [et] g[ra]ui[or] [et] ab
ho[m]i[n]abil[ior]. It[em] r[ati]one u[ide]t[ur]. mal[um] e[st] p[e]cc[atu]m. quod
mag[is] fac[it] distare a[b] uenia. S[ed] tale e[st] p[e]c[catu]m in
sp[iritu]m s[anctum]. [ergo] [et]c. It[em] mal[um] e[st] p[e]c[catu]m q[uod] mi[n]us
h[abe]t r[ati]one[m] excusatio[n]is. S[ed] p[e]c[catu]m in sp[iritu]m s[anctum] e[st]
h[uius]. mi[n]us e[ni]m h[abe]t m[ateri]a[m] ... g[ra]u[is] de colo
re excusatio[n]is. [ergo] [et]c. It[em] mal[um] e[st] p[e]c[catu]m
q[uod] mag[is] inh[ab]ilitat a[nim]a[m] ad iusticia[m]. S[ed] p[e]c[catu]m
i[n] sp[iritu]m s[anctum] e[st] h[uius]. q[uia] maxi[m]e uo[lunta]t[em] deordi[n]at. [ergo] [et]c.
S[ed] [contra] sup[er] illud p[salmi]. [con]tinuantur aduersu[m] [et]c. Su[per]
It[em] sic ig[no]r[anti]a excusat p[e]c[ca]ntem. sic sci[enti]a aggra
uat. q[uia] s[er]uus sciens uolu[n]tate[m] d[omi]ni sui [et]c. S[ed]
p[e]cc[atu]m in sp[iritu]m s[anctum] e[st] p[e]c[catu]m ex industria. siu[e] ex certa
sci[enti]a malicie. [ergo] [et]c. S[ed] [contra] sup[er] i[llu]d p[salmi] [con]uer
tunt[ur] aduersu[m] [et]c. nec[ess]e insanabilior est
eo q[uo]d n[on] san[atur] u[idetur]. [ergo] m[agis] elongat a sanitate p[ro]
cat[ur] i[n] quo quis p[e]c[c]at sciens, q[ua]m in quo quis
p[e]c[c]at ignorans. S[ed] p[e]c[catu]m in sp[iritu]m s[anctum] e[st] p[e]c[catu]m i[n]
quo quis p[e]c[c]at sciens. [ergo] u[idetur] q[uod] mi[n]us p[e]c[catu]m sit
q[uam] p[e]c[catu]m magnior[em]. It[em] [et] si una sit maiesta
tu[m] [et] equal[e]s sunt o[mne]s h[ono]r[es] ... t[ame]n maiestas
app[ro]p[ri]atur p[at]ri [et] honor p[er] app[ro]p[ri]at[ione] ei debet[ur]. [ergo]
p[e]c[catu]m q[uod] e[st] i[n] p[at]rem ul[tra] t[ame]n u[e]l plus de[u]m i[n] honor[at]
q[uam] p[e]c[catu]m q[uod] e[st] in filiu[m] u[e]l sp[iritu]m s[anctum]. Si [ergo] q[ua]li
tas p[e]c[cat]i pensat[ur] s[ecundum] q[ua]ntitate[m] [con]te[m]ptus. u[idetur] q[uod]
no[n] sit mag[is] g[ra]ue p[e]c[catu]m i[n] sp[iritu]m s[anctum] q[uam] p[e]c[catu]m
i[n] p[at]re[m] u[e]l i[n] filiu[m]. It[em] mal[um] e[st] pena i[n]flic
Post peccatum considerandum dignum et cetera. Hic magister qualiter peccatum habet ortum a voluntate in generali et speciali. In hac vero parte determinat unde habet ortum potentia peccandi. Et hec pars durat usque ad finem libri, dividitur autem pars ista in partes IIII. In quarum prima querit magister unde sit potentia peccandi et determinat q[uod] potentia peccandi non est a deo, secundum quorundam opinionem. In secunda vero parte ostendit q[uod] omnis potentia est a deo pluribus auctoritatibus. Sed pluribus testimoniis et cetera. In tertia vero parte determinat quandam dubitationem que ex prehabitis oritur videlicet utrum aliqua potentia sit resistendum, id est hic oritur quod non minus sit renuendum [?]. Ubi determinat q[uod] aliquando est obediendum, aliquando resistendum. In quarta vero et ultima continuat magister dicta dictis, ut ex hiis libro adultimum finem imponat ibi, iam nunc ad tollendis atque pertractandis et cetera. Et potest hec particula ulterius dividi secundum totum precedens. Sed causa brevitatis non fuit divisa. Hic enim minime continuitatem et divisionem plus habent curiositatis quam utilitatis et idcirco eas in precedentibus permisi.

Questio autem hic pertinet quaeritur utrum est ea [?] per quam habet ortum potentia peccandi. Pro vero quod unde sit in homine potentia peccandi possit sive quando. Secundo quando denominatur subiectum potentie peccandi. Circa primum quaeruntur duo. Primo utrum potentia peccandi sit in homine a deo vel a se ipso. Secundo queritur potentia peccandi in quantum habuit sit bona an mala. Circa primum sic proceditur. Et videtur potentia peccandi sit in nobis a deo. Et quod sic videtur per auctoritatem augustini pr[?] et magis adducet in illum nocendi voluntas

potest esse absolute a deo, potestas autem non in a deo. Sed voluntas nocendi que est hominis, a se ipso non est, non enim novimus quo quis peccat. Ergo si est illius causa est a deo, videtur quod potestas peccandi sit a deo sive ipso. Item philosophus in topicis potest deus et studiosus prava agere. Sed omne est in quo convenit homo cum deo, quod habet ab ipso tamquam a causa et principio. Si ergo in ipso peccandi homo cum deo convenit, videtur quod potentiam peccandi a deo accipiat. Item omne id quod attestatur nobilitati nature non enim reperitur nisi in creatura rationali, que est nobilissima omnium creaturarum, ergo videtur quod potentia peccandi sit in homine a deo. Item omne illud quod facit ad amplificationem laudis a deo est, et est omnis honor et laus. Sed posse peccare facit ad laudem viri iusti, quod dicitur .ecc. xxxi. qui potuit transgredi et non est transgressus, et facere mala et non fecit, ergo videtur quod posse peccare sit in homine a deo. Item potentia peccandi aut est in creatura rationali per quod est a deo aut per quod est ex nichilo. Si per id quod est a deo, in eo propositum, scilicet quod tale potentiam homo a deo accipiat. Si per quod est ex nichilo, ergo cum omnis creatura sit ex nichilo, omnis creatura habet potentiam peccandi. Si ergo hoc est falsum, restat et cetera. Sed contra peccare est deficere, sed posse deficere est non posse et privatio potentie. Si ergo privationes et defectus potentie non est a deo, videtur quod potentia peccandi non sit in homine. Sed potius a se ipso. Item ab eodem principio sunt actus et potentia, ergo si peccatum non est a deo sed aliquid aliud, ergo nec potentia peccandi in homine est ab ipso. Item gratia est perfectiva et salvativa nature. Sed per gratiam aufertur potentia peccandi. Si ergo gratia non aufert quod dedit deus, videtur ergo quod potentiam peccandi homo a deo non accipit. Item potentia peccandi est potentia faciendi contra deum, ergo potentia peccandi in quantum huiusmodi adversatur divine potentie. Si ergo divina potentia non contra se facit, videtur ergo quod ab ipso non sit potentia peccandi. Item omne quod est in homine a deo habet exemplar in deo. Sed potentia peccandi in quantum huiusmodi non habet exemplar in deo, in potentia enim est cum quod deus peccet, sicut in pluribus locis augustinus ostendit, et impotentie et defectus habet exemplar in deo. Si ergo homo per potentiam peccandi deo non assimilatur, immo potius assimilatur dyabolo, et cetera, id quod homo habet a deo habet in ipso exemplaritatem et similitudinem, videtur quod potentia peccandi neque in homine non habeat a deo causam et originem. Respondeo dicendum quod cum dico potentiam peccandi duo dico, et dico aliquam potentiam, et dico potentiam ad talem actum ordinabilem. Si ergo loquimur de potentia peccandi quod potentia est et cum illa potentia sit libertas arbitrii, sic absque dubio a deo est. Si autem loquimur de ordinabilitate illius potentie ad peccatum, sic dicendum est quod sicut peccatum aliquando accipitur abstinenter, aliquando concretive, aliquando enim nominat actionem deformem, aliquando ipsam deformitatem, sic duplex est loqui de illa ordinabilitate ad peccandum, aut ratione deformitatis, aut ratione actionis substracte. Sic tamen deordinabilitas a si ratione actionis substracte

deo est sicut et actio substracta peccato. Si autem loquimur de ordinabilitate illa ratione deformitatis, sic cum illa deformitas non a deo sit sed privatio et defectus, talis ordinabilitas non aliud est quam defectibilitas [illegible]. Sicut defectus deformitatis non est a deo, sic nec tamen defectibilitas est a deo. Sed est in ipsa creatura rationali, quia quod ex nichilo est. Sic ergo potentia peccandi uno modo concedit esse a deo, alio vero minime, et per hoc exeunt rationes ad oppositas partes, et ita diverse fuerunt oppiniones circa hoc, sicut magister dicit in littera. Quidam dixerunt quod potentia peccandi non esset a deo, alii vero dixerunt quod potentia peccandi a deo est, quod nititur probare magister multis auctoritatibus. Ille autem auctoritates non valent, ad hoc concludendum, si accipiatur potentia peccandi per id quod est sive suum esse actui a deo est, quia licet in continetur sub genere potentie. Si autem quod potentia peccandi consideratur in comparatione ad ipsam deformitatem, sic non est ingenere potentie simpliciter, immo potius in potentia, sic enim non nominat in potentie potentiam sed defectum, et sic non se tenet ex parte operis facere, sed partem peccare. Sic non sequitur isto modo, omnis potestas a deo est, ergo potestas peccandi a deo est, et isto modo loquendo dicit anselmus quod potestas peccandi non est libertas nec pars libertatis, et hec modo procedunt rationes ostendentes quod potestas peccandi non sit in homine a deo, et ideo concedende sunt. Ad illam vero quod obicitur de potentia nocendi, quod est a deo, quamvis voluntas non sit ab ipso, dicendum quod augustinus unum facit in illo loco sive in ipsa potentiam qua peccat et actualiter ordinatur, illius potentie quam dicit peccatum, et vult dicere quod ipsa potentia a deo est, quamvis ipsa ordinatio ad peccatum ab ipso non sit, quia potius est deordinatio quam ordinatio, et ideo ex hoc non concluditur nisi quod potentia peccandi per id quod est a deo sit, per autem quod est ad peccandum non potest elici. Quod illa auctoritas quod sit a deo, immo potius oppositum, quia potentia peccandi non provenit in peccatum nisi mediante voluntatis deordinatione, quam a deo esse negat auctoritas in precedenti auctoritate. Ad illud verbum philosophi quo dicitur quod deus et studiosus potest prava facere, exponunt quidam quod philosophus intellexerit de malo pene. Sed hoc plane repugnat eius contextui, et ideo cum sacra scriptura dicat, et omnes expositores concordant, quod nullo modo potest peccare, sicut nec mentiri, et se ipsum negare, dicendum est quod illud verbum philosophi non habet veritatem, sed ideo ipsum constituisse magna in loco illo, pro eo quod dixit hoc solum exemplificando et per transcursum, et exemplum satis sufficiebat ad propositum proponere in qua habet veritatem, probare videlicet quod studiosus potest mala agere, licet hoc non sit unum studiosum, sed unum potest cuiuscumque deficere. Ad illud quod obicitur quod potentia peccandi attestatur nobilitati nature, dicendum quod hoc non est unum conditionem ordinis ad defectum. Sed in quantum dicit ordinationem ad actum substractum, nam nullus actus est deformatus propter quam quis procedit a potentia deliberativa, que nobilis est, quia sola illa est in formabilis perfectiva

Conceptio ordinis quoad [illegible] [illegible] medium [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] potentia [illegible] a deo [illegible] [illegible]
[illegible] exemplario [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] a deo [illegible] [illegible] in exemplar

potentia peccandi vel peccatum attestatur nobilitati nature per accidens

vel dicendum quod attestatur nobilitati est duplex. aut per se aut per accidens. sicut dicit aug. quod dolor boni amissi testis est nature bone. Ad illud quod obicitur quod facit ad amplificationem laudis. dicendum quod sicut virtus commendabilior redditur et potentia exercitatis. sic potentia benefaciendi commendabilior redditur per potentiam malefaciendi. non quia malicia aliquid addat bonitati virtutis. nec potentia deficiendi aliquid addat potentie benefaciendi. sed quia ex presencia oppositi magis in sua claritate bonitas clarescit. Sic magis apparet virtuositas hominis qui potest male facere et non vult. quam si non possit velle. et ideo laudatur. unde illud in hoc quod potuit male facere et non fecit. hoc est laudatur in hoc quod fecit bonum et non fecit malum cum posset. ita quod laus essencialiter respiciat hoc quod est facere bonum. hoc autem quod est posse peccare et non respiciat nisi per accidens. unde circumscripta potentia faciendi malum si bonum faceret voluntarie adhuc laudaretur. Ad id quod queritur utrum potentia peccandi insit creature a deo vel ex nichilo. dicendum quod ratione actus substracti quod est actus deliberativus, inest ei a deo. ratione vero defectus inest ei ex nichilo et ideo sicut potentia peccandi non reperitur in deo creatura, quia ratione imperfectionis non reperitur in creatura. Sed quia non potest in creatura esse simul perfectio quod non potest in eo esse actus deliberationis, item vero eidem perfectionis, non reperitur in creatura, quia non potest in ea esse defectus. Deo suo creatori est coniuncta. et sic potentia peccandi quodam modo tollit per gratiam, et quodam modo relinquitur, quodam modo est ipsa libertas, et quodam modo minuit libertatem, et quodam modo est potentia, quia quodam modo dicitur potentia et quodam modo privatio, vel non causa que utrum sit a deo vel non est ex nichilo, dicendum sicut per predictam distinctionem.

Consequenter queritur utrum potentia peccandi sit quod habet sit mala et quod sit mala in quantum habet. Videtur quod sic. potentia peccandi nichil est aliud quam voluntas. sed voluntas peccandi est mala. ergo potentia peccandi est mala secundum quod habet. Item cuius usus malus est, ipsum quoque malum est. sicut cuius usus bonus est, ipsum bonum. sed usus potentie peccandi est peccare. et peccare est malum. ergo et potentia peccandi mala. Item sicut se habet potentia benefaciendi ad bonum. ita se habet potentia malefaciendi ad malum. sed omnis potentia benefaciendi in quantum huiusmodi est bona. ergo potentia malefaciendi in quantum huiusmodi est mala. Item una quaque potentia completior est quam est suo actu coniuncta. sed potentia malefaciendi dum est coniuncta actui malefaciendi mala est. ergo similiter completa est quam est separata ab actu. ergo videtur quod et separata ab actu mala sit. Item potentia malefaciendi. aut est bona. aut mala. si est bona. et omne bonum est in deo et a deo. ergo videtur quod potentia malefaciendi in quantum huiusmodi a deo sit et in deo. videtur quod inconveniens quia constat ergo quod potentia peccandi sit mala. Sed contra si potentia peccandi est mala. ergo potens peccare est malus.

Sed iustus et sanctus potest peccare secundum eius et sanctus est. ergo malus. Item si potentia peccandi est mala. aut ergo malo pene. aut malo culpe. malo pene non. quia illud sequitur malum culpe. malo culpe non. quia culpa consequitur peccandi potentiam tempore et natura prius enim homo et angelus peccare potuit quam peccavit. Item si potentia peccandi est mala. aut ergo malicia quam fecit. aut malicia que fecit est in ipsa. malicia quam fecit non est, quia multi possunt male facere qui non faciunt nec fecerunt. si malicia que fecit est in ipsa. sed contra aug. in li. lxxxiii. questionum probat quod nullo alio actore potest homo fieri malus nisi se ipso. ergo non videtur quod potentia peccandi que est de se mala sit. Item non sequitur iste potest adulterari. ergo est adulter. ergo non sequitur iste potest malum facere. ergo est malus. sed si potentia malefaciendi esset mala necessario sequeretur ad ipsam esse mala. ergo etc. Iuxta hoc queritur. unde hoc est quod voluntas malefaciendi est mala et potentia malefaciendi non dicitur esse mala. Cum enim potentia quid voluntas peccandi non dicitur voluntas sic potentia peccandi dicitur in potentia. videtur enim quod magis voluntas peccandi maiorem dicit approximationem ad peccati defectum quam potentia peccandi. et magis videtur quod debet cadere approximatione. ut voluntas peccandi dicatur mala magis quam potentia peccandi dicatur in potentia. Respondeo. dicendum quia sicut potentia potentia non dicit actualem ordinationem et effectum, sed solum habitualem. voluntas vero dicit actualem ordinationem. Sic et in malicia intelligendum est, quod potentia non dicit actualem ordinationem ad defectum. sed potentia habitualem potentiam non dicit aliquis habere potentiam malefaciendi. quia actualiter tendat ad mala. sed quia potest tendere in malum. voluntas autem actualem ordinationem dicit. non enim dicitur iste velle malum, nisi actualiter tendat in malum. sicut enim dicit in eo libro. voluntas est approximativa ipsius potentie ad agendum. et ideo quod omne malum dicit aliquem defectum presentem in eo quod est et eo quo diffinitur est quod voluntas peccandi mala est et velle peccare est malum. potentia autem peccandi, posse sive peccare non dicitur esse mala. Concedende sunt ergo rationes ostendentes quod potentia peccandi in quantum huiusmodi non est mala. Ad illud vero quod primo obicitur in contrarium de voluntate. dicendum quod aliud non videtur, quia voluntas malefaciendi plus ponit quam potentia malefaciendi. dicit enim actualem ordinationem ad malum. sed voluntas plus dicit actualem ordinationem. unde sic ad illud valet. velle malefacere est malum. ergo posse malefacere est malum. et ideo valet quod obicitur quod potentia malefaciendi non est aliud quam voluntas. dicendum quod voluntas enim, licet non sit aliud ab alio tamen non importatur in minori elongatione sive in alterum vero in maiori approximatione. et ideo est sophisma per accidens sicut hic peccatum voluntas que distinctio... in malo. et sic.

tollit

vel quantum in ipso est

potentia

potentia malefaciendi habitualem

appropriatur malo. ergo si malitia et est proprie appropriata et proprie attribuitur ad malum: similiter malitia est proprie distantie assignatum. n. sed ad similiter accidentia et ceteri subiecte in ceteris [illegible] Ad primum quod obicitur quod cuiuslibet potestas peccandi in quo habitu sit est malus. dicendum quod illa maior in illo consensu accipit. vniuersaliter dicitur in quo rationabiliter et proprio ordinatur. quia potestas peccandi non ordinatur ut finis distincte non de proprio ad actum peccandi. pro eo quod illa eadem potestas est ad opposita et ad suum oppositum ordinatur pro se. ad hoc autem ordinatur per accidens. sicut inde quod opposita periculum est eius usus et pro eius abusus. et ideo hoc non sequitur quod si peccare sit malum quod propter potestatem peccandi in quo habitu sit malum. Ad secundum quod obicitur quod in bonis potestas bene agendi est bona. ergo et cetera. dicendum quod non est simile. quia in bonis bonitas actus est a bonitate potentie. unde consueuit dici quod non quia bona faciamus boni sumus, non sic autem est in malis. immo econuerso. quia mala facimus mali sumus. et ratio huius est. quia quamuis potestas non possit se ipsum actum perficere, potest tamen se ipsum actum deordinare et deficientem facere. propter hoc non minus addit bonum opus sed bonum opus quod tum ad rationem merendi. sic potest super potest quod ad rationem demerendi. Ad tertium quod obicitur quod completior est potentia cum est suo actui coniuncta. dicendum quod verum est de actu ad quem ordinatur. simpliciter. sed non est verum de eo ad quod ordinatur per accidens, maxime cum actus ille plus teneat rationem defectus quam efficientie. tunc enim magis deordinatur quam perficiatur. et sic est in potestate peccandi. quia actus peccandi non magis concedit potestatem ad complendum et complectionem eius quod per actum quod. et eo quod perficit peccare. Ad quintum quod potestas peccandi sit bona, sed nulla. dicendum quod si dicatur potestas peccandi. quod quis potest peccare. absque dubio bona est et a Deo est. sed si dicatur potestas peccandi ordinata ad actum peccati sub tali ratione sic est a Deo. Si autem dicatur potestas peccandi ipsa potestas deficiendi. secundum hoc non debet dici bona, nec mala. sed potentia non debet dici quia non dicitur ad eius. et habet rationem carentis. quia non habet rationem boni. vel mala non debet dici. quod non dicatur per priuationem alicuius boni nati inesse, quod non dicatur actualis defectus, sed habitualis. unde tamen sic potestas non debet dici potestas mala, sed deficiens. sed potestas defectiua. non est potestas. sed impotentia. unde sic non posse uidere in lapide non est bonum neque est malum, quia non dicatur priuationem alicuius boni nati inesse. Sic intelligendum est de potestate peccandi in creatura rationali, quod potestas peccandi dicat defectibilitatem, quam in est ei ex eo quod creature. propter quod ex nihilo habet esse. Et propter hoc ad creature sit quod [illegible] et quod uidelicet uoluntas peccandi dicatur esse mala. et non sic potestas. hoc enim est ex hoc quod uoluntas est causa immediata et propria actuum quorum et deficientie.

causa producentis magis autem peccandi potestas dicitur in potestate quod uoluntas peccandi dicatur uoluntas. propter quod nomine potentie in potentiam est et appositionem et complemento. et non ponitur actus diminuit de ratione potestatis. cum dicatur defectiua. sic nomine diminuit de ratione hominis. non autem uoluntas in potentiam est ab libertate et complacentia. et quia potentia est placitum et commune habet per ipsum. hinc est quod quamuis de potentia non est diminuit de ratione uoluntatis, quia non habet ad ipsam repugnantiam propter quod sic nominatur et propterea uelle peccare uelle est. posse autem peccare non est posse. et ideo dicitur in ipso libro quod Deus est omnipotens et tamen non dicitur omni uolens.

Consequitur de potestate praesidendi. circa hoc queruntur duo. primo utrum omnis potestas dominandi sit a Deo. secundo utrum potestas dominandi sit a Deo secundum meritorum, uel autem secundum pluralitatem culpe.

Ad primum sic proceditur et uidetur quod non potestas dominandi sit a Deo. et quod sicut Io. xix. Non haberes in me potestatem nisi datum esset tibi desuper dixit dominus pilato. ergo si potestas pilati super Christum erat a Deo, et tamen minime uidebatur quod super ipsum deberet habere potestatem. ergo uidetur quod multo fortius omnis potestas talis a Deo est. Item expressius Ro. xiii. non est potestas nisi a Deo. et constat quod ibi loquitur de potestate praesidendi ergo et cetera. Et iste due auctoritates sufficiant quia plures alie adducuntur in littera. Item hoc ipsum uidetur ratione potestatis praesidendi ergo et cetera. Et iste due auctoritates sufficiunt dicit potentiam intellectiua et omne tale dicit potentiam aliquam. sed omne quod dicit potentiam aliquam, a summa potentia est. ergo omnis potestas praesidendi a Deo est in quantum est. Item omnis pena a Deo est. sed ab eodem a quo est uindicta. ab eodem est dominandi potestas. ergo omnis potestas dominandi est a Deo. Sed contra ipsi regnauerunt et non ex me principes extiterunt et non cognoui. ergo uidetur quod talis praesidentia malorum non sit a Deo. Item nichil iniustum est a Deo. sed multi iniuste dominantur aliis. ergo uidetur quod non omnis potestas sive dominii sit a Deo. Item nichil inordinatum est a Deo. sed cum insultus preficiat sapienti et malus bonis. hoc est inordinatum. ergo non uidetur esse a Deo. Item nichil quod est contra iusticiam est a Deo. sed potestas dominandi in homines est huius. ergo non est a Deo. Minor manifesta est. minor probatur per Augustinum quod dicit in libro. Iustitia non remota bella euorta sunt, et cupiditate, et diuitie, que sunt nisi magna latrocinia. Item nichil auferendum est nisi quod est datum a Deo. ergo si omnis potestas uel prelatio est a Deo. nulli auferenda est prelatio uel potestas. ergo nullus prelatus uel princeps esset deponendus quamuis malus. Item non quod habet quis per donationem habet per usurpationem. ergo si omnis potestas

q hec littera exponi potest ut … etiam pena est a Deo ∫9

24°

est a deo collata, nulla est usurpata. Sed planum est quod multi tyranni potestatem usurpant. Ergo non omnis potestas a deo donatur. // Pro quo dicendum quod potestas praesidendi dicitur esse illud propter quod aliquis praesidet et donatur alteri. Aut propter quod praesidere potest dici uno modo dicitur ipsa virtus propter quam quis praevalet alteri, et haec virtus absque dubio a deo est. Alio modo id propter quod praesidere potest dici, dicitur modus deveniendi in praeeminentiam ad hanc virtutis excellentiam, et sic in talibus contingit quod quidam praesunt aliis ex iustitia, quidam ex astutia et quidam ex violentia, scilicet aut per se aut per alios per iustitiam. Tunc illa potestas dominandi simpliciter loquendo a deo est et in praesidentibus et in subiectis, scilicet aut per se aut per astutiam vel per violentiam. Tunc dicendum est quod talis potestas et habet comparationem ad ministrum subiacentem et comparatione ad ministrum subiacentis talis praesidentia ita est quod aut est ad bonorum probationem aut ad malorum punitionem. Si autem comparatur ad voluntatem praesidentis, sic iniusta est. Et pro quid modo dicitur esse a deo faciente et ordinante, propter quod dicitur Iob xxxiiii: facit regnare hypocritam propter peccata populi. Osee xiii: dabo eis regem in furore meo. // Pro alio autem modo, scilicet in comparatione ad voluntatem praesidentis, sic dicitur esse a deo permissive, non autem approbative. Propter quod dicitur: ipsi regnaverunt et non ex me, principes extiterunt et non cognovi. Concedendum est ergo quod omnis potestas praesidendi secundum id quod est ... super quod est iusta est et a deo est. Et hoc ostendunt rationes et auctoritates quae ad primam partem inducuntur, et non concedendum est. Concedendum est nichilominus quod modus deveniendi ad hanc praesidentiam in comparatione ad voluntatem praesidentis potest esse iustus et iniustus, et secundum quod iustus est a deo est, secundum quod iniustus est a deo non est, quia ... numquam est iniustus ex ira parte quod sit iustus exaltatus et ideo de nulla potestate praesidendi dici potest quod non procedat a deo. // Ad illud ergo quod primo obicitur quod dominus dicit: qui regnaverunt sed non ex me, dicendum quod non est ibi negatio auctoritatis, sed voluntatis antecedentis et voluntatis approbantis. Dominium malorum per se est a deo iudicante, quod sit a deo acceptante, cum in eis ulciscatur, ideo dicitur esse ... dominatur homo homini in malum suum. // Ad secundum quod obicitur quod nichil iniustum est a deo, dicendum quod verum est per quod iniustum. Quamvis autem potestas dominandi iniusta sit secundum quod in comparatione ad voluntatem praesidentis, semper tamen iusta est in comparatione ad ministrum subiacentis, quia est ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, sicut dicitur i Petri ii. // Ad illud quod obicitur quod aliqua potestas inordinata est, dicendum quod etsi aliquo modo aliqua potestas possit esse inordinata vel ex parte ..., potestas tamen ipsa semper ordinata est, sicut dicit Gregorius in Moralibus, quod timores

electionem potentis ordo ... deus dedit electionem, postea malum ... Et si obiciatur quod inordinatum est quod multi praesunt sapientibus et mali bonis, et servi liberis, dicendum quod etsi aliquid inordinatum appareat exterius, non latet pulcra ordinatio interius secundum divinum iudicium, quod licet semper sit occultum, numquam tamen iniustum; propter quod dicitur Ecclesiastes x: vidi malum quod quasi per errorem egrediens a facie principis, stultum positum in dignitate sublimi etc. Quasi dicat quod quamvis appareat in errore, magna tamen est ibi ordinatio, dum ex hoc mali puniuntur et boni promoventur. // Ad primum quod obicitur quod nulla potestas est a deo quae est contra ius naturae, dicendum quod est contra ius naturae dominari ... super ... per aliquem statum. Cum ergo dicitur quod potestas dominandi est contra ius naturae, hoc intelligitur quod ad illum dictamen naturae ... statum creatus fuit, quo quidem non est ... servitutis potestatis. // Ad secundum quod obicitur quod nichil quod est a deo datum est auferendum, dicendum quod id verum est simpliciter ei dedit. Si autem solum ad tempus dare voluit, ita et voluit per ministerium humanum auferre. Hoc autem cognoscamus quod deus velit, quando videmus ordinem iustitiae sic exigere. Sicut dedit vitam latroni et tamen iudex iuste illam aufert eo exigente hoc mandato iustitiae, quo dicitur: maleficum non patieris vivere. Sic intelligendum est de his in potestate ... tamen dominus quod possint merito amittere, qui concessa sibi abutuntur potestate. // Ad tertium quod obicitur quod nulla potestas a deo collata est usurpata, dicendum quod verum est si totaliter detur a deo. Sed deus sic dat potestatem quod frequenter homo cooperatur in illius potestatis adeptione, et cum homo cooperatur ad illius potestatis adeptionem cum debita exigentia, quando non iniuste, tunc dicitur illa potestas usurpata, si quam non per se deus ... de facto nostro ... quia talis potestas non tenet omnino ordinem ... procedit, et a deo et usurpata fuit secundum duo vera per diversos respectus, videlicet quod eadem potestas sit usurpata et a deo collata absque aliqua repugnantia.

Secundo quaeritur utrum potestas praesidendi sit in homine secundum institutionem naturae vel secundum punitionem culpae. Et quod per institutionem, videtur Genesis i: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram et praesit etc. Si dicas quod hoc intelligitur de bestiis, sed non de homine ... eligendum, quia ii Cor. xi: caput mulieris vir. Sic ergo caput praesidet corpori et corpus regitur, ... quod per institutionem naturae sit potestas dominandi in humano genere. Item in angelis quae est

pcti in natura et in anglis. non tamen est ordo et quod
pro existencia naturalium. Sed et secundum presidencie officium
quod videtur quod dominium non repugnet. Sed conditionem status
non humane sive et angelice. Item potestas dominan
di est proprietas dignitatis et nobilitatis. Sed
si ad dignitatis competat non lapse multo magis
competit non instituti. quod videtur quod magis pertinebat
ad statum non institute potestas dominandi quam
ad statum non lapse. Item quoniam illud quod est ad con
servacionem ordinis naturalis pertinet est in statu non. Sed potestas
presidendi pertinet ad conservacionem ordinis illius. quod potestas
presidendi in homine ad conservacionem institucionem non. maior manifesta
est. minor probatur primo quod dicit aug. xix. de
ci. dei. primalis servitus ea lege ordinatur quam naturalem
ordinem conservari iubet et perturbari vetat.
Sed ad idem ordinatur potestas dominandi et principalis ser
vitus. quod et cetera. Sed contra. gg. omnes homines natura equa
les fecit. Sed variante meritis alios aliis occulta
dei dispensatio. Sed iusta postponit. quod videtur quod ne
ceteri et prelatio non sit in homine post constitucionem non. Item
aug. xix. de ci. dei. rationale homines ad ymaginem
dei factum dominari voluit deus nisi irrationabilibus. quod si po
testas presidendi et dominandi est in uno homine respectu alterius
videtur et cetera. Item racione huius principii virtus libertas in
est homini quam. Sed potestas dominandi est libertatis impedi
tiva. quod videtur quod sit contra. quod autem libertas contra sit
et a potestate presidendi habet in predicamentis manifestatur.
quia libertas sic potest diffiniri libertas est naturalis potestas qua
potest homo facere quod vult. Item homo secundum suam
naturalem condicionem factus est ad dei ymaginem. Sed
ideo est ymago divinitatis est immediate factum per deum
quod si solus deus potest maior est. quod per naturam non est
super homines nisi deus. quod nullum dominium in homine est per
non institucionem tamen solum dominium. Item non est dominus
nisi servo. quod non dominium sine servitute. Sed servitus est
introducta propter peccatum sicut in pluribus locis dicit aug. quod
videtur quod potestas dominandi in homine sit pro condicione alia
pro non secundum istarum non. Item in gloria tanti
honoris vicia detrahentur. et non servabitur quod
illud dicit. dei. vult. aug. Sed institutum glorie non
permanebit dominium platonis et subiecto servitutis.
quod non videtur hoc in natura humana secundum quod instituta
sed per lapsa et viciata. Item quod potestas dominan
di, ut presidendi et cetera de. s. largissime et stricte/
proprie et largissime dominandi potestas dicitur omnis excel
... quam homo potest ad libitum et voto et hec in
dicitur homo est dominus ad possessionem suarum sive mobilium
sive inmobilium. alio modo potestas presidendi sive
dominandi dicitur excellentia potestatis et proprie.

in parando quae est capax racionis et precepti. Secundo in
potestas dominandi dicitur potestas coercendi subditos. et
hec potestas dicitur quedam arctatio libertatis et talis po
testas dominandi dicitur proprie dominium. cui respondet
servitus. primo modo potestas dominandi communis est omni sta
tui. videlicet statui nature institute et nature lapse et nature glori
ficate et excellencius modo fuit in statu non instituto
quam sic instituti nature lapse. Secundo modo pertinet
statum ut est nature post statum nature institute. sed post sta
tum nature lapse. Si enim homo stetisset et vir posset impe
rare uxori et pater potuisset imperare filio. et hoc reperitur
etiam in angelis quia omnes sunt administratorii. quia ex illa
parte aliquo modo fuit in statu vie. hec tamen presidencia
non manebit in gloria sicut in precedentibus ostensum fuit.
Secundo vero modo potestas dominandi in homine est solum post statum lapse
nature. i. est non. ei secundum carnis pravitatem non secundum institucionem.
et hoc quia servitus est corporis quod dicitur tacitum est pena pec
cati. et quia isto modo loquimur hic de potestate dominan
di. ideo concedende sunt raciones ostendentes quod talis
potestas non inest homini secundum primariam suam condicionem. sive
secundum statum nature institute. Ad illud quod obicitur in contrarium
dicendum. be. et. q. ii. cor. iam patet responsio. procedunt
enim de potestate presidendi accepta primo modo non secundo. Secundo — simili
ter et cetera sit viro quedam mulier in priori et in priori signis.
non quia non est creata ut esset ei in adiutorium ut famula
Sed ut socia. hinc est quod apostolus dicit caput ut eius.
non tamen dicitur dominus. quia ipsa non est ancilla ipsius. et non sup
dicit magister. d. xviij. quia mulier ad equalitatem fuit con
dita. non fuit formata de latere non de pedibus vel decapi
te. ut viri videretur esse socia non domina vel ancilla.
Ad 1m quod obicitur quod platonis est in angelis iam patet responsio. quia
quamvis unus presidat alteri et in parte alteri et aliter tam
habet super alterum imperandi ei aliquid quod pertinet ad officium
ministerii. tamen unus angelus non dicitur servus alterius angeli
et ideo exemplar non concludit. quod potestas dominandi secundum quod
ei coeundi pertinet sit in homine secundum condicionem non. Ad 2 quod
obicitur quod dominium est proprietas dignitatis. dicendum quod et si sit proprie
tas dignitatis in eo qui presidet. indignitatis tamen dig
nitate dicitur in eo qui sub est. et ideo naturaliter non convenit
homini respectu alterius creature in priori. tamen alterius hominis non
convenit naturaliter. Sed quodammodo in post naturale. Sed videlicet
in pravitate peccati. sic enim dicit ambrosius. Servitus introdu
cta fuit per peccatum ebrietatis. Ad 3m quod obicitur quod
dominium et servitus faciat ad conservacionem ordinis naturalis. dicendum
quod est ordo qui respicit naturam secundum omnem statum et est ordo qui
respicit naturam secundum statum sue condicionis. et est ordo qui
respicit naturam secundum statum sue corrupcionis. et secundum hec quedam
sunt dedicantia nature simpliciter. quedam dedicantia nature secundum statum nature institute quedam vero
secundum statum. quod est gradus honoratus dicitur non secundum
(naturam lapse)

+ presidencia commoditates sive capiditas sicut servitutis
et subditorum utilitates sive carum. sive sunt duplices et cetera
ad bonam promocionem per eruditionem / per sublevationem / per informationem — secundum servitutem (a) statu in modo.
ad malum amocionem per / malum punicionem / a malo proteccionem / a malo preservacionem — omnibus modis et statu nature lapse.

Marginalia (left): ... lib. ... no. ... ee ... uan ...

oem̄ statu, omnia erant omnia dictat sic statum constitute.
ad esse proprium statum dictat post statum per lapse.
ad removendas contentiones et lites, sicut omnes homines
esse servos dei dictat ius divinum, communis status hominum
non dictat, eorum homo sub statu sue per conditionis,
homines aut homini subiceret, homines homini famulari.
dictat sub statu corruptionis, ut mali compescerentur
et boni defenderentur, id est, ut essent homines domina coher-
cia malorum propter corruptionem que est in futurum quidam
tamen opprimeret et sic homines vivere non possent.
non sic autem esset sicut post mansiones in statu innocen-
cie, quibus id est in gradu et statu suo maneret et sic
patet quod illa ratio non concludit quod servitus, nisi dominium
respiciat naturam institutam. Sed solum que respiciat
naturam lapsam ubi ordo habet perturbari, propter domi-
nium conversum et cetera.

Consequenter de necessitate tractandi post predictum
dendi. Et est hic querunt duo. primo quare
viri christiani teneantur subiacere tyrannis malis
quibus. Secundo quare viri religiosi teneantur subiacere
prelatis suis in omnibus.

Circa primum sic proceditur: et quod viri christiani tene-
antur sub esse tyrannis sive potestati secularium in
aliquibus. Et quod sic videtur. i. Petri. ii. Servi subditi
estote in omni timore dominis non tantum bonis et modes-
xiii tis sed et discolis. Item Ro. xiii. Omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita sit, et
post reddite omnibus debita, cui tributum tributum,
cui vectigal vectigal. Et sicut dicit glosa,
hec est admonitio propter scandalum vitandum. Et apostolus Pau-
lo ante necessitate subditi estote non solum propter
ira — iram sed et propter conscientiam. Item hoc ipsum ostenditur ratione,
quia ut apostolus facit ibidem non est nisi potestas nisi a deo.
Sed que a deo sunt ordinata sunt. Ergo omnis potestas
ordinata est ordinatione divina. Qui resistit potesta-
ti, dei ordinationi resistit. Sed qui resistit ordinati-
dei oni dei dampnationem sibi acquirit. Ergo et cetera. Item servi-
tus non est culpam malum immo meritorium. Ergo
videtur quod ab illa servitute non absolvatur per baptis-
sic mum. Ergo sunt non christiani servi sunt aliorum, ita et si christia-
ni fiant servire tenentur. Item ad hoc ipsum sunt
multe auctoritates que possunt sumi que ab omnibus epistolis bea-
ti Pauli in quibus monet servos subiacere dominis suis.
9 Sed contra. Matth. xvii. reges terre a quibus accipiunt cen-
sum, a filiis an ab alienis. Et post. Ergo liberi sunt
filii. Et glosa. ibi, liberi sunt filii regni in omni re-
gno mundo, magis liberi sunt filii illius regni sub
quo sunt omnia omnia regna in quolibet regno terreno.
Si ergo viri christiani sunt filii regni illius, videtur quod sub-

nullius regis terreni potestate sint astricti. Ergo non tene-
tur sub esse in aliquo tributo. Item Iaco.
i. qui autem perspexerit in legem perfecte libertatis. Glosa.
exponit, que lex perfecte libertatis est lex evangelica. Ergo
perfecta libertas liberat ab omni servitute. Videtur quod omnis qui
tenetur legi evangelii absolutus sit ab omni ser-
vitute regis terreni. Item caritas omnia membra
Christi facit unum, et omnia facit communia, Ad Cor.
iii. omnia vestra sunt, sive mors sive vita et cetera. Omnis
tamen unum sunt, dicit apostolus ad Ephes. et ad Col. omnes
unum sumus in Christo, in quo non est distinctio servi et liberi. Ergo si
caritas reducit omnia membra ad equalitatem et com-
munitatem, videtur quod in fidelibus Christi non sit aliqua obli-
gatio servitutis. Item maius est vinculum legis
divine quam sit vinculum conditionis humane. Sed lex evan-
gelica absolvit a condicione servitutis legalis
que quidem a deo per Moysen lata fuerat. Ergo multo for-
tius absolvit a condicione humane servitutis, [illegible]
legis civilis. Item Anselmus Cur deus homo
cap. v. per se redimere voluit, qui sui ipsius natura redi-
geret libertatem et sibi homo liberius esset, non homini.
Si ergo Christi sunt pretio magno, videlicet sanguine
agni immaculati et immaculati, videtur quod ipsi soli
servi sunt. Ergo non videtur quod viri christiani, qui regeneranti
sunt in Christo, alicuius sint alicuius servi terreni ipsi.
Respondeo. Quod cum servitus opponatur libertati, sicut tri-
plex dicitur esse libertas, videlicet a coactione et a culpa
et a miseria, sic triplex servitus potest dici. Triplex, secundum attenditur
in libertate a coactione, sicut in coactione libertatis,
a culpa et a miseria. Dicitur servitus peccati, de qua Io. viii.
qui facit peccatum servus est peccati. Et Ro. vi. non regnet
ergo peccatum in vestro mortali corpore. Sicut non coactionis
libertatis, a miseria attenditur servitus penalis et
mortis, de qua dicitur Ro. vi. Christus resurgens a mor-
tuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.
Sed autem coactionis libertatis, a coactione attenditur
servitus conditionis, de qua dicitur Ro. vii. Servus voca-
tus es, non sit tibi cure. Sed si potes liber fieri, ma-
gis utere. Hec autem servitus attendit in coactione
libertatis a coactione non quia a ditione motu liber
quod capi non potest. Sed hec ad exteriorem vitam et servitus
introducta fuit, quare quod unus alterius ruat et
servitutem sue adduxit, ut non liceat facere opera
inter eos quia ipse mandaverit cum ergo triplex sit servi-
tus, via habet ordinem ab altera, quia non esset servitus penalis
nisi precessisset servitus culpe, et non servitus conditionis sub
sequeretur nisi in illa duplex precederet. Cum ergo aliquis
regeneratur in Christo cessat servitus et liberat a servitu-
te peccati. Sed tamen non sic liberat, quin et possibili

tate et facultatem et pravitatem habeat recurrendi in idem genus servitutis. et hec est quod ipse eius promotionem et humiliationem reliquit dominus ad servitutem mortis et conditionis, unde ita moriuntur etc.

Et ipse pravitatem et malum et concupiscentias militantes in membris, ex quibus consurgunt bella et lites, sicut indigniter regi terreno principi, sic et aliis gentibus. et ideo non solum secundum humanam constitutionem, sed etiam secundum divinam dispensationem inter varios sunt reges et principes, domini et servi, et secundum distinctionem prelatis et subiciuntur et tenentur secundum plus et minus. unde ipse dominus dicit Mt. xxii. reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. et apostolus i. thi. ult. hoc docet et omnes predicantes contrarium condempnat, ait enim sic: quicumque sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur. Si quis autem aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri ihesu christi, superbus est nichil sciens etc. et hoc ipsum probat ro. xiii et in pluribus aliis locis docet et mandat. Et ideo concedendum est quod christiani sunt terrenis dominis obligati, non tamen in omnibus, sed in hiis solum que non sunt contra deum, nec in hiis omnibus, sed in hiis que secundum terre consuetudinem rationabiliter statuta sunt, sicut tributa et vectigalia et consilia, unde auctoritates et doctores quos probant concedendum est. Ad id quod obicitur quod contrarium glo. xvii. mt. dicit quod tenetur in celo de christo quod christus non tenebatur reddere tributum et hiis qui sunt eius imitatores perfecti, ut patet de apostolis: ... quod illi erant liberi et omnia bona temporalia dimiserant, et ideo censum vel tributum a se regibus sic accipere non debebat. in aliis autem christianis vel qui sunt servilis conditionis, vel qui habundant temporalibus, huiusmodi nulla auctoritas non habet intelligi. Ad id quod obicitur quod lex evangelii est lex perfecte libertatis, dicendum quod ideo dicitur lex perfecte libertatis, quia liberat a servitute peccati et a servitute legis, dum mentem dat spiritum caritatis que est spiritus libertatis, secundum illud quod dicit apostolus ro. viii. non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum. et ideo ex hoc non sequitur quod homo qui est sub lege evangelii sit liberatus a servitute terreni domini. Ad id quod obicitur quod caritas omnia unit et communia facit, dicendum quod hoc verum est per quandam participationem, sed non est verum per omnimodam ... Sed hoc est per affectionem, sed non per gradus et dignitates in distinctione ... magna est numerus distinctionum ... ad fortitudinem affectionum ... sit unio. Ad id quod obicitur quod solvit lex evangelica a obligatione legis mosayce, ergo multo fortius a lege humana. dicendum quod non est simile, quia

lex illa (ista) legem illam implevit et evacuavit, tamquam veritas figuram. non sic autem est de lege in statu hominum humana, quam nimirum adiuvat ad observantiam legis divine. unde et apostolus mandat rogari pro principibus, i. ad thi. ii. ut quietam et tranquillam vitam sub eis agamus. Ad id quod obicitur quod christus ideo pro se redimere voluit ut in pristinam libertatem redigeret, dicendum quod in non effectus plene redemptionis fuit pro nobis. Sed tamen illum effectum non plene assequimur in presenti, quia cotidie congemiscit et parturit, donec liberetur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. unde hic inchoatur libertas a culpa, sed ibi consummabitur libertas omnimoda et ab omni potestate humana. unde non sequitur quod si simus empti a christo quod nos non simus servi alicuius quam diu vivimus, unde conpatitur se cum domino hominis in hiis magis que mala iubent contra dominum. sed non conpatitur secum dominum contrarium precipientem secundum illud mt. vi. non potestis duobus dominis servire. ideo quamvis redemptione christi evadamus a servitute mortis perpetue, non tamen evadimus a servitute conditionis vel mortis.

